



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Sabbate ante Dominicam Palmarum. Homilia Qvadragesima. De cogitationibus Principum Iudæorum. Cogitauerunt autem Principes Sacerdotum vt & Lazarum interficerent &c. Ioan.12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

domibus extorres, sine templo, sine pontifice, sine sacrificio, sine Rege, mundo redditi perpetuum & vile periplemar: & ilico sursum ascende & Deum intenes huic inimicum feceris: hic enim est, qui mortem hanc decreuit, & per omnia de-

lineauit. Contemplare qualiter per illam mundi decreuerit salutem, humani generis redemptionem, Angelorum sedium instaurationem, criminum indulgentiam, gratiarum fundamentum, qua gloria tandem fruamur æuiterha. Amen.

S V M M A R I V M

HOMILIE QVADRAGESIMÆ SEQVENTIS.

HICET nobis Euangelista plures easque diuinas referat historias, earum parte in crastinum referuata, tantum hodie inhæret, cogitationes expendendo, quas ipso teste, inter se Principes & Pharisei contulerant: quibus cum non sufficeret, quod Christum in concilio mortis ream proclamassent, in his vltro progressi sunt eo vsque, vt etiam Lazarum ab ipso resuscitatum. *a.* Voluerint interficere, multa, his cogitationibus manifestando. *Primò;* cordis sui malitiam. *b.* Secundò; qua ratione vnum peccatum, sibi conuocet alterum. *c.* Tertio; lacrymas eorum in morte Lazari fictas fuisse. *d.* Quarto; peritiam eorum prodit contra veritatem obdurationem. *e.* Quintò; ad vltimum eos venisse perditionis. *f.*

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3.
d §. 5. 6. 7.
e §. 8. 9.
f §. 10.

§. 1. Maximum Christi miraculum, fuit Lazari resuscitatio, cuius gratiâ inimici illius in Lazarum rediuitum insurrexerunt, velut canes in lapidem.

§. 2. Cogitauerunt Principes. Cum illi cor esset iniquitate plenum, debebant & eorum capita malis abundare cogitationibus.

§. 3. Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent. Pater in illis, quod vnum peccatum vocet alterum, sicut in iustis vna virtus alteram sibi sociat.

§. 4. Vocant & sibi mutuo respondentem peccata sicut milui & vlula.

§. 5. Vt Lazarum interficerent, quem suscitauit Iesus. Velle occidere Lazarum resuscitatum, ostendit fictum fuisse splantum super mortuum.

§. 6. Ridicula fuerunt horum lacryme in obitu Lazari, sunt etiam eorum penitentiam, quibus imitantur.

§. 7. Cogitauerunt interficere Lazarum quia multi propter illum abibant & Lazarum cogitant illi interficere, sicut ille, qui male agit odit lucem.

§. 8. Bellum inferi Deus peccatoribus per Predicatores, velut per stellas: idcirco illis malum exoptant, sicut hi Lazaro.

§. 9. Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent. Qui per Predicatores non conuertitur, per mortuos rediuitos non conuertitur.

§. 10. Ad vltimum perditionis hi perueniunt, cæci facti & perditii, sicut Ariel apud Isaiam.

HOMILIA XXX. DE COGITATIONIBVS PRINCIPVM IVDÆORVM.

Sabbato ante Dominicam Palmarum.

Cogitauerunt autem Principes Sacerdotum vt & Lazarum interficerent &c. Ioan. 12.

(a) Echam-
la foga-
tra et
caldero.

R

ROPORT nobis D. Iohannes E-
uangelista perfidos illos & in-
felices, de quibus heri diximus:
nam velut obdurati & excecati
in sua malicia maledictione per-
culli seculas descendunt, & funem
calcat: & adijciunt (Prouerbiu est.) Christum
Saluatorem, nostrum morti addixerunt; quia
pergrande videtur illud miraculum, quo Laz-
zarum renouauerat de monumento quadridua-
num. Iudicabant suae peruersitatis executioni
plurimum obstare Lazarum: erat etenim testis
vinctus & irrefragabilis persona & virtutis Chri-
sti Saluatoris: nec non tabula, in qua expressè
conspiciebant, quicumque illam intrabantur, vir-
tutem Domini supereminenter, unde rediitum
eum conspicati plures Christo fidem adhibebat,
eisque fideles adhaerebant: ea de causa statuerunt
Lazarum occidere, & ab oculis amouere mortua-
rium Deceuerunt inquit Evangelista, Principes
sacerdotum, vt & Lazarum interficerent: quia
multi ex eius iam rediitum comitu, & eorum
que dicebat, auditu Christo se, credentes in
eum, submiscebant, eum vt Messiam & Christum
conscitantes, & adorantes. Locum tante Dominus
non permisit iniquitati quinimo ipso die sequen-
tiae volunt potestatis exponere magnitudi-
nem, & exposuit: dum efficaciter corda monet
cintum Hierusalem, atque per hoc celeberrim-
um in eam preparans ingressum, vbi cum rami-
s palmarum exceptus fuit, summi que omnium
acclamatoribus, de quibus cras agendum, sufficit
nobis hodie, si primum expendamus in Euange-
lio propositum. Multam nobis adferet utilitatem:
si Dei Spiritus sua nos gratia comitetur, eam
Regina caloram intercessione postulemus, &
acclamantes. *Ant. Maria.*

§ I. Maximum Christi miraculum, fuit Lazari resuscitatio: cuius gratia inimici illius in Lazarum rediitum insurrexerunt, velut canes in lapidem.

Summa ingenij gloria clarus D. Augustinus a quem sequitur eloquentia facundissimus a Traff. 49. Archiepiscopus D. Petrus Chrysolog. h. cen. in Ioan. Ser. 12 de ser maximum omnium miraculum, quod Christus in toto mundi confessu peregit (fuisse Lazari a morte reuocationem. Inter miracula, qua sunt spectante populo, mortui resuscitatio ceteris pal- mam eripit: etenim in illo cetera omnia comprehenduntur: multum est, non contradicco, caeco lumen restituere, multum est audium fundo tri- buere, linguam muto soluere, gressum claudendo concedere & agilitatem: porro haec omnia simul peragit, qui mortuum resuscitat: quandoquidem eo solo visum restituar, auditum, loquelam & gressum illi, qui nedum illis omnibus priuabatur, sed nec potestatem ad illa recuperanda habebat. Inter eos quos Christus a morte reuocauit, mortui Lazarus caput attollit, cuius D. Petrus Chry. omnia rationem assignat: quia tres Christus de funere est iussit assergere, vt habemus ex relatu Euangelistarum: puellam scilicet siliam Principis synagoga, & adolescentem viduae Naim & Lazarum: inter quos Lazarus magis mortuus fuisse perhibetur (eo modo, quo inter haec dari potest magis vel minus.) Facinus egregium, certumque virium pastoris foret indicium: si dum leuena agnum de grege tolleret, quam primum illum cepisset, & necdum dente illi perfecte insisteret, eundem de ore euelleret: sed longe magis si captum agnum, & firmius dentibus profocatum ad guttulum suū attraheret, eundem tunc dēibus eius euellere.

I. Reg. 17.
34.

ret, huc vsque Danidis ascendit corporis fortitudo, qua Deus illum roborauerat, & hanc Sauli Regi, vs omnium supremam iudicauit: *Vasebat seruus tuus patris sui gremio, & veniebat leo vel orsus, & tollebat partem de medio gregis, & persequabar eos, & percutiebam, & eruebamque de eorum ore.* Porro si iam agnum leana in cute detulisset, deuorasset, & stomacho digestisset, pastor ubi lompinus insequeretur, manum inijceret, eumque ab intimis enelleret visceribus incolument: qua vires possent huic comparari? Hoc Christus, inquit D. Petrus Chrysolostomus, fecit in resurrectione Lazari. Accurrit laeuissima mortis leana, domumque ingredi ut Principis synagogæ, quicquam de gregis tollit filiam duodenem: ilico Pastor aduolat Christus, dum adhuc corpus iacet in lectulo calidum, & anima quasi in itinere inde discedens: illam de ore leanae eripit: *Adhuc uenere calenti* (verba sunt D. Chrysolostomi), *Adhuc ueniente Spiritu, adhuc anima claustra tui in nesciente.* Cunitatem ingreditur Naim hanc fera pessima, & ouem proferunt filium viduae, quo prædam tulit spem, inquam, maternæ posteritatis, & domo quasi depopulata, illum apprehendit, & iam in antrum suum homicida deserebat: eum iam ligatis manibus & pedibus inhiis ad sepulturam efferrent, accurrit Christus manum inijcit: *Accessi Iesus, & tetigit loculum,* eumque de ore leanae eruens, viuum matri reddidit & incolument. Facinus eximium, quod tanto mundum stupore percellit, ut omnes tumultuarie uocem in aëra attollant, & Christum verum esse Messiam attestent: *Magnificabant Deum dicentes, quia Prophecia magnus iurexit in nobis.* Porro in resurrectione Lazari, eo vsque leana procellit, quo non potuit ulterius: quia ingressa eius palatium, nobilem illum prædatur inuenem triquetra annorum, ex opinione D. Epiphanius occidit illum, in atrium suum attraxit, imo in stomachum trahit scilicet sepulchrum: ibi mortuum digerebat, consumebat, idque in tantum, ut germana foror enim ferentem fateatur, in monumento quadriduam. Adest fortissimus Pastor, exerit manus suæ potestatem, & in totius mundi spectaculo, de ventre educit leanae viribus integrum, sanique ualeudine. Quis possit amplius quidquam imaginari?

D. P. Ch. Serm. 63.
Luc. 7. 14.

Terti nomen hic adfero D. August. *Multis quidem signis ac virtutibus Dominus, ac Saluator noster Diuinitatis suæ potens inuocatur, sed maxime in Lazari morte, ostendens se esse, de quo scriptum est: Dominus uirtutum nobiscum.* Cum autem hoc miraculum adeo præclarum sit D. Iohann.

qui præclariora, & tantum Domini miracula cõ- (a) Descripsit, huc adeo seruo aggressus est, ut nullam maior ex omnibus prætermiserit circumstantiam: notat eam, autem particulariter, quod dum Christus nuntium audiuit infirmitatis Lazari ab eius forori Christi huius de linatum, hoc dixit: *Infirmitas hæc non est mihi in mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius in resurrectione.* Hoc D. Iohann. memoriam retinet, & ratione impletum ostendit, demonstrans hanc Lazari in finitatem & mortem, Christi gloriam, si quid aliud signum maxime promouisset, deinde ipsi crudelissimi inimici uiso Lazaro resuscitato, manus dederunt, foroque cesserunt: etenim ea de causa confessi sunt, & dixerunt: *Hic homo multa signa facit.* Non tantum indicant, quod multa signa faciat ratione multitudinis, licet multa fierent, quantum ratione qualitatis; erant etenim prodigiosa & eminentia; *Retributio multa* cecinit David, id est præmium eximium: *Multa fides,* legitur apud Hieremiam est fides excellentissima: *Multa signa facis* id est insignia, qualia vel nullus idque intuitu illius quod in Lazaro erat operatus. Tantum hoc illi censebant esse miraculum ut non possent non patescere Christi potentia, si Lazari uisus superesset, eumque ut facem arbitrabantur, omnes illuminantem, ut Christum agnoscerent, quocirca stat animo illam extinguere vitam adinere rediit. Quam apposuit Christus ore Davidico dixit *Circumderunt me canes uulsi.* Iudæos hic inteligit eum continuo circumdantes metaphora omnino singulari. Inter tum petagis, quidam te circumcingunt molosa, te, dixeris deuorant, brachijs illos a te dimoues, uociferatis in illos sed feruentis in te efferunt, inclinas te & lapidem edurum atropiens in eos cogit, quo eorum uincaput elidis, ilico toto periti furore lapidem omnes uianimiter demordecunt, ut enim distingere uelle uideantur, sed uah, sibi molares dentelque constringunt. Ecce canes Pharisæos in Christum latrantes, honorem eius, nomen famamque canino dente mordentes. Perpetuo uideas illos adlatrantes noua petentes signa, uilificantes quantum potesant, quemcumque Christus operabatur.

Semper in enim latrabant, mouebat Dominus brachia sua, uinum atque alterum edebat miraculum illos uocibus perterrebat, & quanto potentius hæc iacebat, tanto iustabant illi furiosius. *Voluimus a te signum uidere.* Prodigiousum & euidentis, ut omni amputetur occasio calamitatis. Idcirco *Circumderunt eum Iudæi.* Proponit ergo Redemptor noster lapidem arripere, quadriduam mortuum Lazari, quem iam resuscitaturus,

10a. 18. 47

Pf. 18. 12. Thre. 3. 23

IV. Similitudo apustiffima. Pf. 21. 17.

10a. 10. 24

uis, vocem attollit, imperando. *Tollite lapidem.* Opinatur & quidem recte D. Ambrosius. Christum hunc sepulchri lapidem sibi assumpsisse. Lazarum de monumento reuocat ad vitam; eumque illis adiicit. Ecce vobis hic signum, nihil ultra requirendum: Lazarum educit ad auras, atque Apostolis suis: *Sinite eum abire.* Sinite ut lapis hic feratur in canes illos furiosos, illo vulnerat, illo animam eis transfuerberat. Illos attende, viso hoc miraculo, ut canes lapide in capite percussu gravissimos etere vuluatus: *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.* Conspiciant omnem furorrem suum in lapidem conuerrere, Lazarum apprehendere, illumque occidere. Eia canes eia mordere lapidem: ille etenim illatus manebit, vos autem furore tabescetis, dentes vestros confringetis, vestraque linguam prae nimia rabie depascetis.

§. 2. Cogitauerunt Principes. *Cum illis cor esset iniquitate plenum, debebant & eorum capita malis abundare cogitationibus.*

4 **C**ogitauerunt Principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent. Quam apposite prosequitur D. Ioannes, & anatomiam facit cogitationum, nec non capita perpendit, quas producant illa rationes, quam grauius perturbentur: *Cogitare*, inquit D. Augustinus, & declarat D. Thomas. *Est multa mentis cogitare*: magno certamine multa reuoluere quando ex omni parte difficultatum mole & numero circa aliquid obruimur, quod corde gerimus, sicut medico contingit infirmum visitanti febribus languentem aestuosissimis, etenim animo haeret cogitabundus, vtrum illi venam sit aperturus, vel non. Febris vrget, si sanguinem non extrahat, indubie morietur: languor corporis disuadet, si fecerit, certo certius, morietur. Dubius animo suspenditur, & varias agit mentis cogitationes. Qua non cogitationum commotione hi turbantur, & in omnibus occurrit illis non spernenda difficultas. Quid nobis commodi, si hunc occiderimus: Lazarus, autem viuis superstit: etenim erit firma perpetuae columna memoriae? Lazarum autem occidere, aperta repugnet iustitiae: non enim hic nos torquet, non est inimicus; quem tamen nisi occiderimus, huius hominis fides floret insignior. Si interficiamus illum, crimen nobis imponimus adeo graue, ut nullam patiatur exculationem.

Hieron. Bap. de Lanua Tom. III.

Loquere tu nobis Evangelista, quibus agitur inquieti cogitationibus? quale est cor eorum? Cogita. Cor eorum intelliga. In campana vitrea vapores ex imo sursum in contextum ascendunt: & miles sunt quales sunt hi vapores ascendentes? Quales sunt cordi flores vel herbae illi impostae: si rosa, lilia, caryophylla, vapores ascendunt odoriferi, gratissimi, ex quibus aqua colligitur angelica: si vero rubos, & herbas iniurias graueolentes, ne miretis, si vapores ascendunt execrandi & graueolentes. Cor hominis vere dixeris esse sublimatorium, ex quo cogitationes in caput ascendunt: quales ascendunt cogitationes? Quales fuerint ea quae corde celaueris, si quempiam amaueris, quamnam tibi subeunt cogitationes benefaciendi & gratulandi? Porro si odio habeas & execreris, & in cordis visceribus herbas foueas iniuriarum, quas tibi intulit: quamnam non ascendunt sursum vindictae cogitationes, illi nocendi voluntates, contemptus eius calumque desiderandi? Caestis ille sponsus non parum afficitur dilectae suae capillis: sunt etenim (ut notat D. Ambrosius) feminarum praecipuum ornamentum, in tantum ut Homerus puellae decantans carmine pulchritudinem, hoc nomine eam compellet: *Pulchricoma.* Quam pulchri sunt, sponsa mea capitis tui crines! *Capillis tui sicut greges caprarum, quae ascenderunt de monte Galaad.*

Mons Galaad est in Arabia, si Diu. Ambrosio credimus, pasuis abundans vberissimis capris in alimentum, foecundus sepibus ex quibus gummi desinit rubrum, instar auri, tamque copiosum, ut Hieremias censuerit, numquam in eo defuturum: *Numquid non est resina in Galaad? etc. Quo.* circa capris inter sepes & arbutculos obambulantibus esse v. debantur flocci lanarum, velut fila quaedam ex auro Arabico, qui sole collustrati splendorem emitebant gratiorem, quam si fuissent spira filorum auri purificationis. Perspicuum est, ait Diu. Ambrosius in SS. literis capillis signari cogitationes quae sunt & enascuntur ex capite. Formosae erant diuinae spondae cogitationis velut capra, caelum ascendentes, de terra elenatae, purae, limpidae; quidquid enim mente reuoluebat, sponsi spectabat gratificationem qua ratione illi placeret, satisfaceret, deleruiret, & in Deum erectae. Vnde tam sanctae, tam mundae procedunt suumque cogitationes? Ne miretis. Attende, quid gerat in pectore absconditum: *Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs.*

Lilia odore suo fortiori vermes ifugant & insecta. q. d. Aceruus est tritici puri & electi, nullis imper-

II. Cogitationes si-
tiones si-
miles sunt
cordi.

III. Similitu-
do.
do.

Lib. 6.
Hexa c. 6.
V.
Cogita-
tiones ca-
pillis co-
parantur.
Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

Cant. 4. 1.
In ps. 118.
ser. 16.

O o o o o

imper- dicitur a.

ceruus
tritici
vallatus
libjs.

impermixtus vermibus corrosoribus. Triticum virtutes significat, sunt enim creaturarum cibus rationalium: Bruta irrationalia hordeo pascuntur & herbis vitiorum ac deliciarum: porro vir iustus iuxta rationis vivens dictamen, illis quæ iuxta eam sunt se nutrit, nec rationi quidquid est contententius quam ipsa virtus. Addit: *Acerum vallatus libjs*, id est, nullo vermium dente corrosus, id est nullis peccatorum circulionibus exesus & consumptus: hic vivit floret fides, certa spes, fervens charitas, iustitia constans, mortificans temperantia, devota oratio, devotio ferventissima. Væ tibi si namque casu contigerit quatuor te habere grana tritici bonorum operum, quæ fecisti quia sacro interfuisti, quia elemosynam erogasti, quia rosarium evoluiti, quia stationes obtuisti, quia nosocomium visitasti: hæc nullum habent propugnaculum: nam subintrant circuliones, virtutem illis auferentes, & substantiam eorum erodentes: odium nempe & vindictæ desiderium, impudicus tali puella fruendi appetitus. Quale est charissime triticum quod cordis tui reconditis horreo? Quænam illa missa, quam audis, hanc & illam curiosus inspiciens? Quanam illa tua confessio nullis conspersa lacrymis? Quænam elemosyna cum desiderio ut totus te mundus intueatur? Quænam ieiunia tot condimentis & delicijs infarciata? paleam potius dixero quam triticum, sicut tu de illo dicis quod à circulionibus ceruis erosum. O sanctissima sponsa. *Venter tuus sicut acerum tritici*, mundi, intacti & solidi: cum tale sit illi cor, tot plenum virtutibus, quas arbitraris in caput ascendere cogitationes? Qui capilli in eo nascuntur, nisi sancti, nisi boni? in celum vsque elati, ab omni terræ pulvere expurgati qua ratione Deo seruiam? Quam condignam sceleribus meis subibo penitentiam? Qua ratione cum animæ profectu evolvam attentè rosarium? Qualiter me ad confessionem ritè præparabo? Quæ dispositio mihi ad orationem necessario præmittenda? Hæc itaque sponsa est Dei charissima.

¶ An scire desideras, num anima tua talis sit? vtrum hoc in pectore & corde tuo reconditis? Quale cor optimæ & fidelissimæ coniugis agit D. Pau. quas precor mente voluit cogitationes? nullo negotio hoc intelligitur: attende cui bene afficitur. Si sponsum amore complectatur, omnes eius sunt de illo cogitationes, qua ratione illi complacuit, seruiet, hæc prima eam torquet sollicitudo vbinam sit, si vadat, si veniat: *Cogitat quomo-*

1. Cor. 7.
34.

do placeat viro. Porro si pellicem agar, si fidem freperit, omnia eius studia in procum tendunt, qua ratione eius fruatur confortio, possitque inhonestis gaudere voluptatibus. Anima numquid optas cognoscere, vtrum sponsa sis Deo fidelissima? Tuas attende cogitationes: etenim quæ talis est, sponsum gerit in anima, quocirca. *Cogitat qua Domini sunt, quomodo placeat Deo.* Eius cogitationes capilli sunt eleuati super montes cælorum altissimos, aurei charitate: eius prima & vnica sollicitudo suam spectat saluationem, Deique redolet famulatum. Si cura tua & sollicitudo præ oculis habeat delicias, voluptates, mundi complacentiam, insularis adultera: quod pectore geris absconditum; Deus non est, sed peccatum: quia secundum id, quod corde reconditur, exurgunt cogitationes. Quid corde David gerit absconditum? Veram contritionem, & dolorem, quia Deum offudit, acerbissimum, quænam inde assurgent cogitationes, nisi studium hoc & conatus, quomodo pro peccatis meis dignè satisfaciam? Quam dignam pro sceleribus meis subibo penitentiam? *Cogitabo pro peccato meo.* Quid fratres Ioseph corde suo gerunt? odium in fratrem & inuidiam. Igitur exspecta modicum & videbis quænam sursum ascensura sint in caput cogitationes, vendendi illum, imo & interficendi: *Cogitauerunt illum occidere.* Quid Saul corde ruminat ardentem in David generum suum inuidiam, intima eius dilanantem? Quid inde? caput eius attende, quam occupent illud iniquæ cogitationes: *Cogitabat tradere David, manibus Philistinorum.* Quædam Amos propheta contemplatur inter se conferentes & ageutes: *Quando transibit messis, & venum dabitur merces? Sabbatum & aperiemus frumentum &c. ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro caleamentis, & quisquis frumenti vendimus?* O cogitationes nimis crudeles! Ne mireris, ait Propheta: pectus eorum avaritiâ repletur: *Avaritiâ in capite omnium: & quas ab auaro speres cogitationes? An forte tales quibus occupabatur Fr. Ludouicus Granatensis? An forsitan vel modico tempore Christi Domini passionem meditabitur vitæ calamitates? Quod si sublimatorem plenum sit avaritiâ, quos velis ascendere vapores, nisi illi convenientes?*

Anselm[us] D. Basil. diuitem auarum, de quo Christus in Euangelio: cuius domus & horrea tritico redundabant, vino & oleo affluabant: insuper & messis eum letificabat copiosior. In lectulo decumbens excitatur, & has anxias animo reuoluit cogitationes: *Quid faciam? Nunc cogitur*

ter videamus eum D. Basilio quas concipiet cogitationes, cui omnia affatim abundant, messis ad votum fecunda; absque dubio tales erunt vt ea pauperibus promus distribuatur, & per hoc horrea veterano exoneret tritico, vt habeat quonouum recondat: indubie quaedam Deo litabit sacrificia pacifica, in tanti beneficij, quo Deus ei benedixit, gratitudinem: certo praeponet: ex superfluo largiri potero, quo talis orphana iungatur matrimonio, & viduae subueniam necessitati. Hoc fiet, sic opinatur D. Basilius. si in corde charitas vigeret & pietas: sed non nisi seuitia replebatur & auaritia; & quas obsecro, speres inde cogitationes, nisi vt concludat, strictiusque concludat, colligat & colligat amplius, granaria granarijs superadificet? Nec abertro nam & hoc animo proponit: *Destruam horrea mea, & maiora faciam.*

Lus. 12. 19

Contemplatur Deus per vatem Oseam nonnullos inhonestis cogitationibus pollutos: Domine, quis illis succurrat? An non illis consulere vt cogitationes ad te dirigerent, tuaque meditarentur diuina mysteria? Nec hoc facient, inquit Dominus, noui illos intus & in cute: *Ego scisi Ephraim, & Israel non est absconditum à me. Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Dominum.* Non hoc suspicaris, quod vel vnam bonam habeant meditationem, aut occupentur vel vnica sancta cogitatione. Vnde hoc ergo? Considera quid gerant in pectore: *Spiritus fornicationum in medio eorum.* Animae eorum est inuisitata luxuria, quid vis vt cogitent? Vae tibi, qui tibi ratione consulam, vt antequam te des quieti teipsum recolligas, tuam examines sentio conscientiam, & vel puillo tempore praestita tibi à Deo recogites beneficia, si tibi pectus sit amore sordidum impudico, & alia tuam possederit animam? Quomodo te mouebo, vt quotidie, quatenus te Christiano nomine dignum ostendas, mentem, in Deum & caelestia eleues, & quid pro te in cruce moriens passus sit, attentè rumines, eiusque te conlectes obsequio famulum, si cor tuum superestruerit ambitione plenum sit & auaritia? Conspicuum est omnes tales fore cogitationes, qua ratione diues enadas, dignitatem ascendas, meretricis fruate consortio. Salubriter monuit vos Deus: *Lauamini, mundi estote, auferete malum cogitationum uestrarum.* Vt hortetur, quatenus desistas, & malas auertas cogitationes, primò suadet, vt animam tuam à sordibus emundese: *Laua à malitia cor tuum Hierusalem.* Vtinam de corde tuo scandalosum hunc amoueres concubinatum! Faxit Deus vt tollas, vindicta desiderij! Quis

Jo. 5. 4

VIII. Cor peius emunda, vt bonae sint cogitationes.

Isai. 1. 16

Hiere. 4. 14

tibi det, vt hanc exstirpes habendi cupiditatem! Perditi hi Pharisei pectus malitia plenum gerunt, qua feruntur in Christum, quatenam obsecro hinc in caput ascendunt cogitationes: nisi perficendi, quidquid maleuolae licitum fuerit potestati? Vident Lazarum Christo gloriam parere: quia in ipso Saluatoris virtus lucet & potentia: igitur occidamus eum: *Cogitauerunt Principes, vt Lazarum interficerent.*

§ 3 Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent. Patet in illis, quod vnum peccatum vocet alterum, sicut in iustis vna virtus alteram sibi faciat.

NOranda venit coniunctio *Et*, qua vitur Euangelista: *Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent.* Quamuis enim non nisi duae sint litterae, pluribus tamen redundant Sacramentis. Antea necem decreuerant Saluatoris: nunc concludunt, etiam Lazari. O scurrae proditores: an non dixistis, quando Christi mortem conitastis: *Expedi vt vnus moriatur homo?* Et hoc dixit Caiphas, decretum suum facilitando: q. d. *Si plures occumbere necesse foret, huic maturius esset inhærendum, sed quod vnus occidatur homo, quando sic omnibus expedit, non hoc tanti faciendum: vnus homo.* Quomodo igitur nunc alterum additis? Ex opinione D. Ambrosij ad litteram propheta Regius loquitur Phariseis quibusdam verbis psalmi 61. quae diuersis vicibus diuersis propositis applicuimus. Probat explanans sto vaticinium psalmi titulum, quod ad litteram loquatur de Christo, eiusque passione. Oculis inuetur diuina prophetiae luce collustratis hunc Redemptorem, qualiter mundum hunc perambulet nostrae per omnia prospiciens saluationi: perpendit, quod si magna sit ea sollicitudo, qua signa passim edit prodigiola, salui proficua animarum; non minori insudent eius inimici sollicitudine, dolos fraudesque neclendo, quibus mortem ei machinentur.

6. 108. 11. 49.

I. de Christo proponitur.

Rationes orditur non vulgares in persona Christi, quia iam ipse passionem suam orsus illam carnis suae sentit repugnantiam, quae, vt vera, mortem relugit, & qualiter illam in horrore patetiae subijciat voluntati, dicendo: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Et quasi eidem carnis suae respondens appetitui, Deo volens eam resignare, ait: *Nonne Deo subiecta erit anima mea.* Confestim oculos refecit Propheta, & horum attendit impigram sedulitatem, machinas & cogi-

O o o o o o cogi-

cogitationes, nec non quantum laborent ut eum neci tradant: quia verò Lazarum iam à Sepulchro redituum sibi censebant oblatulum, eum de medio tollere decreuerunt, quibus sic David ex lectione Psalterij Romani, quod D. Ambros. sequitur: *Quousque irruitis in hominem, interficietes vniuersos, tanquam parieti inclinato, & maceris à impulsu?* Congruenter illis ait: *Irruitis in hominem: Quia in Christum secundum quod Deus, nihil poterant efficere: Irruitis, sed in hominem: quia supra Deum irruere non potestis.* Hoc

Ioan. 8.40 spectabat Christus (inquit) dum illis ait: *Quid me queritis interficere hominem? Neque enim diuinitas mortis poterat esse subiecta, sed humana susceptio.* In quem finem tor machinæ, decipulæ, fraudes, conatus, impetus, ut hominem hunc solo proster-natis: iam enim ipse ex se ad mortem inclinatur ardentiori voluntate Patris aeterni voluntati satisfaciendi, quam vos ipsi vestræ placendi peruersitatis: *Tanquam parieti inclinato &c.*

Porto cum iam statutum sit illum demoliri, atque in eum mortis tuleritis sententiã: ut quid ulterius progredimini, & necem molimini ceterorum? *Interficietes vniuersos?* Si vobis cum illo sit negotium iam se vobis ultro tradit, hoc vobis sufficiat, ut vna progrediendo necesse nõ sit Lazarum eiusque discipulos queratis ad necem. Non incongruum est hæc verba Christo tribuere, quasi ipse hora suæ passionis imminente Iudæis loquatur: *Si ergo in me irruitis, & me vultis tenere, quid eos, qui mecum sunt vultis occidere? Satis est vobis habere, quem queritis. Non quero consortem passionis, qui ad salutem hominum adiutore non indigeo &c.* Si Christum morte damnetis, quasi sic expediret ut moreretur: ut quid vos minime continetis, nec hæc vobis sufficiunt, sed ausi vltiora Lazarum etiam eadem damnatis mortis sententiã? An tibi persuades, quod ille qui vni proponit peccatum, licet non nisi in vnum consentiat, in hoc vno sit mansurus? Illico indicat, ad huius executionem, aliud esse necessarium, & ad hoc aliud: vnde quædam catena componitur peccatorum, quæ ab vno exorsa in mille millia con-nexa protrahitur.

Preu. 23.5

II.
Vni pec-
catum
trahit al-
terum.

Non possum satis mirari Spiritus S. sententiã, qua docet nos: quod sicut opera virtutis non sola sunt, sed hæc alia sibi copulant: sic & mala, alia similiter ad se trahunt: *Iustitia custodit innocentiã viam; impietas autem peccatorem supplantat.* Legit Symmachus: *In iustitia verò attrahit peccatum.* Verbum illud *Custodit* in origamili idem est quod *Disponit* q. d. Iusto disponit, ut vnum bonum opus patiat alterum, & vnum sibi ad-

uocet alterum: eodem modo peccatori vnum peccatum addicit alterum, & vnum disponit, viamque sternit alteri; & sicut illum qui scalas ascendit, primus gradus disponit ad secundum, & hic ad tertium, & sic vsque, ad summum: ita & illi qui cadit, & ipse casus in vnum, disponit ad casum in alterum, & per omnes gradus ad infimum vsque deorsum. Luculenter expendit D. Hieronym. verba vatis Hierem. quibus videtur hos describere male faustos: *Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum? Et*

plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Quid ergo? An mortui sunt? Comedunt, bibunt, ridet, cogunt concilia, negotiantur, & illos esse dicis interfectos? Vtique: si namque viuunt corpore, mortui sunt propter peccata in anima: peruersi sunt, adulteri sunt, sunt impudici. Hoc Pontificum conciliabulum nihil aliud est, quam nebulonum congregatio pessimorum: *Omnes adulteri sunt, cæcus prauisatorum, extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij, de malo ad malum egressi sunt.* Heu perditum populum, cæ-tum homicidarum, adulterorum & blasphemorum. Et quid agunt? Extenderunt linguam suam sicut arcum prauum, ut heri diximus. Arcus deseruit, ut in eum sagittam emittat, quem iaculator intendit ferire si sagittam veni-rando in colubrum, lupum, aprum, arcus ipsam in hominem cubraret ad latris proximè adstantem, illaque transfoderet: Vah arcum inuersum & proditorium: lingua iudicum arcus est, quem Deus disponit & intendit, ut sagittam emittat in colubrum, in aprum, in lupum peccatorem: *In vindictam malefactorum, laudem vero bonorum:* ut sententiam pronuntiet virgatum in furem, patibuli in homicidam, exilij in lapidem offensio-nis: & honoris in boni, iustumque oppidanu.

Arcus prauus est lingua istorum, etenim malos dimittunt, etiam Barabbam, & rebulones, iniquissimos, homicidas, seditiosos: innocentiẽ autem condemnant, nigroque calculo morti adi-dicant: ferentes sententiam, quod *Expedit, ut moriatur.*

Ipsos perspicue vidit psalmista sic canens: *Excucurrunt ut gladium linguas suas, intendunt arcum rem amaram, ut sagittent in oculis inma-culatum.* Et licet Hieremias dicat *Linguam suam* in singulari, & David linguas suas in plurali, nedum nulla hic arguitur contradictio, quin potius altissimum hic panditur mysterium. Mul-tæ linguæ, quia multi erant: vna lingua, quia omnes vna lingua Caiaphæ sunt locuti, & eodem idiomate: vnde sicut dixit Zacharias quod

In cap. 9.
Hier.
Hier. 9.10

III.
Iudæi &
iudices
arcus suæ
prauis.

Pf. 63.45

Lm. 270. quod Dēus locutus sit *Per os sanctorum Prophetarum*: Quia quamvis plures cum essent, multa haberent ora: verum in diuinis mysteriis, omnes vno ore locuti sunt: quia idem omnes locuti sūt, omnes monit, omnesque idem dixit spiritus, ita habent hi omnes vnam linguam, quia idem omnes proloquuntur, atque omnes idem agitat spiritus, nempe Luciferi. O perduelles, ecce quomodo intenderunt linguam suam vt arcum, & quo conatu, ferale mortis in Christum decretum enuntiarunt: *Expedi vt moriatur vnus Epe.* An hic pedem fixerunt? An ergo hic sistere debebant? *De malo ad malum egressi sunt.* A determinatione mortis Christi transferunt ad conclusionem mortis Lazari: etenim nunquam malum aliquod ingreditur solum, licet in principio solum intendatur, quia vnum alteri gradum præparat.

In c. 16. & 42. 1. sui. Tom. 4. Es. 8. 3. IV. Virtus vna trahit alteram. *Es. 26.* Sicut in virtutibus, inquit Diu. Hieronym. vna ingressa, hæc alteram vocat: & bene dixit, cui notæ erant iustorum conditiones: *Ibunt de virtute in virtutem.* Illæ cortinæ Dei præcepto à Moysè factæ ad ornatum tabernaculi, quibusdam anulis inter se connectebantur, ita vt tracta vna sequeretur altera, nec vnquam vna sola trahebatur, licet vna tantum intenderetur. Virtutes cortinæ sunt animæ tabernaculum exornantes: hæc coram Deo anima n reddunt speciosam. Quam pulchra gratæque videbatur agni sponsa, quam D. Ioann. conspexit, inamque palchritudine cælorum oculo rapiebat? At quibus ornabatur composita? quænam erant eius ceruicæ? An aurum? sericum? pigmenta? thesauri? in aures? monilia? catenæ ductu multiplices: nihil horum: sed byssus mundissima: & quænam hæc? Virtutes sanctorum: *Datum est eis, vt cooperiant se byssino splendens & candido: byssinum enim iustificaciones sunt sanctorum.*

Ap. 19. 8. Optime describit virtutes bonæque sanctorum per byssum candida & mirè splendens. Quis explicet quo labore byssus candida puraque reddatur: quot genera patiantur mariorum? Hic linum vestrum telamque ordinariam ipsam, cōspicitis, quanto consistet labore, vt saltem aliquo modo nitida respicereat: quo labore sordes extrahuntur? Quamdiu sub aqua reconditur putrescenda? Quos soles non patitur exsiccaanda? Quoties ferreis pectinibus caminatur? Quibus viribus non torquetur dum netur? Quot verberibus atteritur emundanda vt tandem linum euadat candidissimum? O charissimi, vobisne persuadetis acquiri virtutes comedendo, bibendo, dormiendo? Numquid eas tibi lucraberis non

negando tuis appetitibus quidquam ex iis qua postulant? Hoc vt se Philosophus non ignorauit, dicens *Virtutum à vi formari*: quia vis magna ad eius acquisitionem adhibenda. Ad temperantiz consecutionem, quot ieiunia stricta requiruntur? Ad castitatis victoriam quot corporis castigaciones? ad humilitatis virtutem, quot mortificationes? quàm caro stetit electis virtutum perfectior? quas non impenderunt vigilas, ieiunia, disciplinas? Illæ sanctorum virtutes ornamentum sunt animæ pretiosum: *Sunt iustificaciones iustorum.* An tibi mens flagrat animam tuam offerre Deo speciosam? Accipio Diui Petri charitatem, Diui Pauli feruorem, Susannæ castitatem, solitudinem Iudith, ieiunia Diui Domitici, vigilas, D. Antonij, & D. Francisci humilitatem. Hæc sunt cortinæ tabernaculi. Sed ligatæ sint & vna alteri connexa sit, vt arrepta vna, statim altera subsequatur. Numquid adicere vis manum penitentiz tuæque scelera confiteri? Hæc solitudinem requirit orationis, lectionem sanctam & elemosynam. An pro virtute religionis Sacram vis sumere sistraxim? Hæc secum trahit ieiunium, temperantiam, meditationem, & perfectionis ardens desiderium. Quàm congruè dixit Ecclesiæ Princeps D. Pet. *Ministrate in fide virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.* Vt video spectat illud Davidici: Die quodam attentè considerabat Rex ipse David æternæ statum beatitudinis, mansiones illas gloriæ, seu pternam illam requiem, tantoque flagrate cepit eò tendendi desiderio, vt illi vita delicere, & anima euelli de corpore videretur: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini! Gaudium eorum cōtemplatur, diuinas & gloriam perpendit, quietè considerat, & non leui tantorum bonorum pia flagrat inuidia. O ter felices vos cines beatissimi cines! Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula sanctorum laudabunt te.*

Vtinam tu, vt nosque omnes statum illum studiosè perpendereamus singulis momenti oculos attolleremus, & consilium sequeremur Apostoli: *Non contemplantibus nobis que videntur sed que non videntur quæ etiam videntur, temporalia sunt, 18. que autem non videntur æterna sunt.* Et quantum in nobis accendatur eò migrandi desiderium, desiderium triplex: & quàm ex animo terrena hæc vilia despicereamus? Dicito nobis o David: Quis modus, quæ via eò ascendendi? *Beatus, vir, cibus.*

000000

cuis est auxilium abs te : ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco quem passit: Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

V. I. Primò requiritur auxilium Dei, eiusque gratia, Iustorum & in corde graduum erectio: Ascensiones in corde profectus suo. Non sunt hi gradus, eò pertingendi lapidei ad virtutem. aut lignei, quocirca nec hic foris sunt extruendi, sed intus in cordis tui visceribus. Quibus igitur constant? Virtutibus: Ibunt de virtute in virtutem. Scala quibus ad quietis tue cubile ascendis, plures continet gradus, & vnus subseruit alteri: vnicui tractu nequis ascendere: primo pedem insurge, hic te vocat, vt inde ad secundum ascendas: hic te preparat ad tertium & sic deinceps: talis proponitur cæli scala ex virtutibus: vna subseruit alteri; vna trahit alteram. An stat animo de hoc profundo peccatorum sursum ascendere? Pedem figito in primo gradu: id est penitentia: hæc te disponet ad iusticiam, vt male parta restituas: & hæc te mouebit vt tuis fræna contrahas: voluptatibus, atque in domo tua te geras ordinatè. Pedem statuas in oratione: vti nam quotidie modicum tempus huic impenderes, vt considerares te Christianum, aliam superesse vitam, hæc esse transitoriam, te manere vel æternam gloriam, vel ignem sempiternum. Hæc à te flagitabit, vt impudicæ reuultus societati, vbi multam temporis patens iacturam, & maiorem adhuc animæ tuæ, & abdicies in frequentatione colloquia, in quibus honor proximi labe conspergitur immunda, & fama rescinditur forispe factorum auctiori: nullum holosericum, nullum coccum, nullum scutularum relinquens in Republica intactum & illatum, vt nec Prælati parcat, n in Ecclesiasticis, non iudicibus non coniugatis, non puellis.

Ex hac doctrina declarat Diu. Gregor. quod ait Ezechiel: quod in mysticis illis animalibus, ala vna percutiebat & excitabat alteram vt eam ad se vocare videretur: Vocem alarum percutientium alteram ad alteram. Difficultatem hic aduertit Diu. Gregor. de quibus alis loquatur Propheta. Si sit quod vnus animalis vna percutiebat & excitabat alteram, quia omnia habebant alas: vel si sit, quod in eodem animali, ala vna vocabat, & prouocabat alteram: quia vnumquodque eorum multas habebat alas: Audiamus ipsum D. Grego. Ho. 10. in Eccl. post per Prophetam dicitur, vtrum vnumquodque animal alas suas in semetipsis percutiat, an certe hæc eadem sancta animalia alis suis se vicissim feriant, vt ala huius alterum, & ala alterius istud animal

tangat. Concludit S. Doctor vtroque modo posse intelligi, & vtroque modo ipse interpretatur; porro priori vt pote magis proprio, ait: hoc intelligi de quolibet animali per se: quia in vnoquoque eorum ala vna feriebat & excitabat alteram, & inuicem se percutiebant. Quid autem hoc significat, inquit, nisi quod electis bonisque contingit? Alæ namque, quibus per æta feruntur, virtutes sunt: Qui autem sperant in Domino, mutant fortunam, assumunt penam sicut aquila, currem: & non laborabunt, ambulabunt & non deficiunt, ait vates Euangelicus. O qualiter penis illis volitant, & illis à terra sursum ita feruntur, vt oculos fugiant terrenorum! Alarum istarum vna prouocat, & excitat alteram: Virtus virtutem excitat, & in hoc ala alam percutit, dum virtus virtutem pulsât. Fides excitat fiduciam, & ambæ prouocant charitatem hæc autem non onerant patientiam, & misericordiam &c. Exerceat aliquis patientiam, illa ad se citat iniuriarum remissionem & integram male partorum, futurorumque reparationem &c.

S. 4. Vocant & sibi mutuo respondent peccata sicut milui & vlula.

Sicut David canit de insulis (interprete Diu. Hierony.) Ibunt de virtute in virtutem; sic In e. 9. ait Hieronias de reprobis: De malo ad vna Hier. Ium egressi sunt: & vnum disponit gradumque facit ad alterum. Egregie describit Isaiâ in duobus locis vt notat D. Grego. quid in animi viri fiat peccatoris: Orientur in domibus vrisca, & spiritus ne, & erit cubile draconum, & occurrent demonia, Isa. 34. 13. onocentaurus & pilosus clamabit alter ad alterum, & 13. 22. milui congregati sunt alter ad alterum: vlula responderunt ibi in adibus. Quam apta sunt hæc nomina, quibus significatur conditiones peccatorum! & ipsi Aegyptii suis Hieroglyphicis, quæ Pierius Valerius exposuit, & Pythagoras suis Symbolis, quæ Diuus Cyrill. Alexandr. perpendit, multum ab his abfuerunt Appellat illa vitcas & spinas quia eruantur, & animam affligunt, cor transpungunt & viscera: vocat illa dracones & onocentavros; sunt autem animalia monstruosa, qua parte superiori referunt hominem, & inferiori iumenta ipsis tigrilibus immantiora: etenim eorum omne studium est homines dilacerare: in quantum peccata sua scuitia animam destruant, dilacerant & occidunt. Inscrabit ea pilosos id est lyulstres, velis vestitos, siue Satyros, quales erant illi, quos Diu. Hieronymus refer

In vita.
Pauli E.
remia.

refert apparuisse D. Anto. in deserto, in quantum
cōtrarij sunt rationi. Indigitat illa miluos & vlu-
las, eo quod furētur & deiciant bonas actiones,
& animarū gratiam; tenebras ament & calig-
nem.

II.
Allego-
ria.

Quam eleganter indicat his symbolis quid sit
peccatū: non vacat anime illis inhære. Hoc so-
lūm notandū, quod vnum acclamat alteri, & hoc
illi sociatur, & vnu cantui respondet alterius sic-
ut vltiā: *Clamabit alter ad alterū: congregati sunt
alter ad alterū. Quid est de vltis quæ noctibus
vagæ aberrant, vltantes sibi quæ mutuo respon-
dentes? Vocat hæc, responderet illa, cantat vtriusque
et tribus verbis dicā plurimas earū videbis con-
gregatas & quasi ad conciliū conuocatas. Hoc
etiam propriū est improbis, vt vnus alterū ad-
uocet, & sibi mutuo respondeant, sibi inuicē as-
socientur gula motus aduocat carnis, illi sibi iū-
gunt impudicitia, hæc aliam ad similia prouocat,
vel fraudibus imbecit: hæc vt ea negligas quæ
coniugem tuam domusque spectant gubernatio-
nem. Habendi inordinata cupiditas cōgenerationē
adhesit inuicem, hæc dolos, quibus alii circū-
uenis, hic peritiam sollicitat, vt tibi fides adhi-*

beat. *Clamabit alter ad alterū: Effrenata ven-
tris ingluuias (verba sunt D. Greg.) in furorē malu-
xoria pleuitudinem carnis instigat. Perpetrata au-
tem luxuria sepe aut perituro, aut homicidio re-
xiunt, ne humanarum legum vltione puniantur
et.*

In 2.
dist. 21.

III.
Con-
firmat-
ur in
Adam
& Eva.
Gen. 3.

Clarè hoc patet ad initio mūdi. Certe mirabi-
lis est abyssus peccatorum in quam incidit Adam
terre primogenitus. Quarunt SS. Patres quod
fuerit primum in Eva peccatū? Rupertus, Hugo,
& Magister seaten in eum opinantur primum in
Eua fuisse flagitium, diuinam fidem verborū Dei
quæ eum minatus fuisset: *Morte morietur*, ipsa
dubitauit, & ait: *Ne forte moriamur*. D. Ambros. vt
certum credit fuisse mendacium: Deus enim so-
lummodo eum verauerat, ipsa verò cōtactū ad-
iungit: *Ne tangere*. D. Chrysol. opinatur inde-
bitam fuisse cum diabolo conuersationem. Sed
hoc suam patitur difficultatem: cum primū pec-
catū non fuerit in intellectu, sed in affectu: quā-
quidem non potuerit esse error in intellectu.
Certum hoc est, fuisse superbiam, & hoc Spi-
ritus S. insinuat. Cœpit Adam inquit Rupertus,
pulchritudinem suam contemplari, negligēs Deo
pro recepta gratias rependere, in seipso sibi con-
gratulatus. Vidit hoc diabolus, & optimam arbi-
tratus occasionem illos perdendi, conuolauit eo-
rum extollens mirè pulchritudinem ac dignita-
tem, ad hoc eos excitans, vtiliam studebant am-

pliare: magnique facerent, vnde hoc eis à princi-
pio proponit: *Eritis sicut dii scientes bonum, & ma-
lum*. Per hoc primum peccatū formale fuit, ap-
petentia similitudinis Dei, sicut in Lucifero, nisi
quod ille potestatem, homo verò scientiam affe-
ctauerit: *Ambo (iuxta D. Bernard.) affectauerunt
altitudinem ille potentia, iste scientia*. Concupiuit
homo omnium scientiam, vt nemine indigeret à
quo instrueretur aut regetetur, sibi quæ foret ipse
sufficiens. Ira probat D. Thom. Imo Deus hoc
indicauit, quando postmodum eum irridens, &
per ironiam ait: *Ecce Adam, quasi vnus ex nobis
factus est, sciens bonum & malum*. Hanc Eva non
repressit superbiam, imo hinc orta est impatien-
tia & indignatio: hic enim legitimus creditur
horum verborum esse sensus: quibus diabolo
respondit: *Præcepit ne comederemus, & ne tangere-
mus*. Hinc originem sumpsit arborem videndi
curiositas: *Vidit mulier arborem*. Hinc ingluuii
cupiditas: deinde nascitur auaritia illud habendi,
quod Deus interdixerat: hinc error in intelle-
ctum: nam multi opinantur, quod fidē perdidit,
quandoquidem non crediderit, quod Deus vt ve-
rum dixerat & credidit quod diabolus assererat,
quod nimirum non moreretur, sed essent sicut
dij &c. An hæc ex tam paruo principio? Vtique
Adam in idem lapsus est.

Ausum ego iurare, quod David ascendens do-
mus suæ solarium, hoc solūm intederit, vt oculos
suos recrearet, & curiositati videndi mulierem se-
lanantem indidgeret; sed hæc ad se vocauit eadē
fruenti cupiditatem, hæc studium & conatum
in domum suam aduocandi: hic dolum quo vi-
rum circumueniret, hic voluntatem eum occi-
dendi, & hæc traditionem adeo indignam nedū
Rege, qualis David erat, sed & homine abiectis-
simo, & quous scurra viliori, & quando sibi pro-
spicit minus carē, tam profunda se iugit abyssis
peccatorum absorptum, vt ipse in stuporū raperet
quam maximum: *Multiplicata sunt iniquitates
meæ super capillos capitis mei*. Adest impūsi-
mus Rex Achab socii sibi contigere non inferioris
malitiæ Iezabel & vinea concupiscit subditi sui
Naboth: vt autē eam obtineat, quia videri recu-
sabat, cogit consilia illā sibi co addicendi. In eum
finem hanc telam ordiuntur, vt eum telles sup-
posititij blasphemum accusent: falsum proferunt
hi testimonium, atque in tantam labuntur crimi-
num abyssum, vt Deus in tanti sceleris pœnam
statuerit vt illius sanguinem canes lambent, ip-
sa vero à canibus discepta interiret.

Hoc prædixit ex mente D. August. psalmista
Rex David: *Insuperstis manus vestra con-
taminat*.

IV.
Nec non
in David.

D. AVOVS. *cinnam.* Quæ verba sic ipse legit: *Iniquitates manus vestrae connectunt.* Ne illis inquit, in 55. litteris 57. Tom. 8. peccata nominari funes animas colligantes: *Fu-*
nibus peccatorum suorum confringitur impius, ait
V. Salomon. Qualiter funes nequuntur? *filia filis cō-*
ciando. Pauca prius colligis, his alia cōnectis,
 & aliis alia quibus funis textus in longum extenditur & sit rudens quo navis ligata detineatur. Ecce quid peccator agat. Primum committit peccatum funem tibi neccis perniciosum. An ab uno filo exorsus es? non unicum manebit. Latim enim alterum sibi aduocabit, & hoc alterum & sic deinceps, sicque funis quo reus ad tartara rapiaris: *Et quis omnia posse numerare, cum Diu. Augusti. qui connectuntur peccata peccatis?* Futurus es? Quia te vidit alius, iudicas & times vitæ tuæ periculum imminere, si hic viuat incolumis, mortem ergo illius meditaris: quia verò hoc nequaquam fieri potest nisi proditiōnis scelus interueniat: & hoc alteri connectatur. Qualis ad pedes accedis Confessarij? quibus funibus alligatus, ut te illis absolueret necciat, non potestatis defectu, sed tuæ difficultatis inuitu, cui te ligatum inmodasti. In præensione tua vixisti diu iniusta, iudicem aureis hastis expugnasti, testes muneribus euicisti, tribunal peruenisti, quod tibi superest remedium tali fune constricto, cuius diruptionem tibi censeas impossibilem? In æternum damnatus es. In familiari colloquio proximi famam denigrasti, murmurasti, de femina dixisti quod vel erat mendacium, vel maxime secretum nullique cognitum, contumax reuocare noluisse: quia nomini tuo iudicabas indecorum canere palinodiam: his constingeris, & confessionem inlituis impiam ac sacrilegam, vnam & alteram, quia illata damna minime restituis. Heu quantum tenuisti funem, qui te omni remedio priuatum ad æternam ducit rapitque damnationem.

VI. *Sicut magnes ferrum (inquit Venerab. Beda) sic concupiscentia peccatum ad se trahit, & vi ferri annulus magneti adhaerens alium eleuat, & hic rursus alium donec catena sit, sic postea alia ex alijs pendunt.* His appositè D. Basilius mirabilem profert inductionem illa perpendens verba Itaz: *Va qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Ostendens peccatorem eo modo procedere quo ille, qui longissimum texit rudentem, vnū enim alteri, & alteri, & pluribus annectit & intro-
D. GREG. *quet.* Hinc celebris illa Diu Gregorij propositio: *L. 2. mor. 110: Peccatum quod per patientiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.* Videtur hoc ei cōnuente, quod dixit Dominus ad Cain, cuius

iam pectus inuidia, limoque inuaserat. O Cain! *Peccasti: Quæstio: statim aderit in foribus peccatum Gen. 4. 7.* tum, ita legit D. Hieronymus. An ergo peccatum intravit in illi portam aperuisti istam foras ex-
Epi. 48. ad *Sabinia.* termina, alioquin noueris quod ad portam tuam allidebit, nec enim tibi persuaseris, quod ipso ingresso porta non sit alius aperienda: sed illud primum ostium seruabit apertum, ut vnū subsequatur alterum, & hoc rursus aliud, vsque dum omnino intereas. Exemplo tibi sint illi omnium mortalium misertimi.

§. 3. *Ut Lazarum interficerent, quem suscitauit Iesus. Velle occidere Lazarum resuscitatum, ostendit factum fuisse planctum super mortuum.*

Cogitauerunt ut & Lazarum interficerent, Quinam? Princeps isti nam multi eorum præsentibus adfuerunt, quando Christus eū de monumento ad vitam euocauit. O perduelles nebulones: iam patet quales fuerint vestrae lacrymæ, in morte Lazari. Iudicium sane si bene lego apud Diu. Hieronymum de quodam Episcopo Hierosolymitano nomine Ioanue: suscipio increbuerat, eum hæretici infectum, & deensor: esse eorum: Origenis: die quodam pro: are voluit se Catholicum, professionem emittens: fidei Cath. licæ: porro paucis elapsis diebus contritiā profiteur, inquit D. Hiero. Hæc confessio quam modo pronuntias fidei Catholice contrariam ex corde sic sincero mihi planè persuadet, illam quam præteritis diebus emisisti, esse fictam: *Vra sententia indicant præterita.* Vix aliqui dies inter-
D. Hiero. *Ep. 61. ad* *currerunt, a quibus illi, mortem audientes Laza-*
Rammach. *ri, Bethaniam profecti sunt, pulis ad vsque tex-*
Tom. 1. *ram vellibus induti, & lugubri mistes amictu, ut*
sorores de morte fratris Lazari consolarentur,
 & mortuum deslerent: & accedente Christo, ipsique silentibus, pariter & illi vberim flere cœperunt, & mortuum ut amicū luctu profecti amariori: Christus illum a sepulchro viuum suscitauit, & illico in eius conspirant necem: Vix proditores: *Præsentia indicant præterita.* Hic liquidò patet, luctum fuisse ementium, planctumque ridiculum, non ex amore profectum sincero erga Lazarum, sed de humanis emanasse reipondibus.

I. Hoc supposito, quot lacrymas arguere possum Fictæ ementitas? Tua confiteris peccata, deploras animæ tuæ mortem tanta lacrymarum effusione, ut dam peccatorem videaris imitari: absolueris ab illis lacrymæ.

his: diuino illo & efficaci verbo suscitatis: vix anima tua vitam recepit: & ecce cogitas qua ratione nouis illam occidas sceleribus, & tuicidias iniquitatibus. Heu te nimis insultum: an ergo illæ erant lacrymæ, quibus anima tua mortem sic amare prolequebaris: fictiuae fuerunt: *Præsentia indicant præsentia. Quam probe te nouit Dauid, & quam eleganter tua descripsit propostia, tua promissa, tuas lacrymas & euulatum, Deo locutus verbis illis aliis explanatis: In multitudine virtutis tua mentitur tibi inimici tui.* O Domine,

Psa. 65. 3.

II. Similitudo.

ne, te tuam prodente potentiam, & brachium tuum attollente, quos tibi centena imponent inimici tui mendacia: Occurrit vir nobilis vilissimo rustico graubus eum conuictis impetenti, pugno illum excipit, vel inficto vulnere pedibus suis prostermit: ilico totis votis exclamat & obtestatur. Heu Domine mi, peccatum meum agnosco, precor ignoscas. Domine seruus tuus sum ego perpetuus, me tibi semper habebis aduersissimum mancipium. Votis supplicantis annuit vir ille clarissimus, liberumque absoluit: & ecce grauiori in eum furore debacchatur. An nou ille tu, qui promissisti, & iurasti nunquam a te vllam ei irrogandam fore calumniam? illi te semper feruiturum? te penitere ex corde præteriti. Hoc animo spondit ille ementito formidine gladij quem in pectus suum cernebat esse demudatum.

Hoc inquit Psalmista, mille contingit peccatoribus. Deum offendis, in concubitu viuis effranis alienis ditelcis bonis, odio flagras in proximum & vindicta cupidine: infligit tibi Deus colaphum infirmitatis, te in lectum prostermit, gladium tenuis in te directum, periculum tibi imminere, veretis ne tibi vitam iudex eripiat. O quales depromis protestationes, qua propostia: veniat Confessio: hodie volo sanctus euadere, hodie florere virtutibus. O Domine mi, si mihi pristinam restitueris valetudinem, quam tibi ex animo famulabor. Illud tibi retribuit, & quam primum illa gaudes, in pristina relaberis. Illico ad metentis recurris ædes, ilico ad ludos & tabernas, dico ad easdem murmurationes. Quid hoc amice? binam illæ tuæ lacrymæ? tua promissa? tua propostia? Deo, testatur sic Dauid, mentiris, brachij illius potentiam viresque reformidans. Mea quidem sententia, lacrymæ vocari possunt mendaces.

Hoc ipsum egregie Deus per Oseam exposuit eo loco, quem supra explanauimus. Intuetur (nostro loquendi modo) quosdam Propheta peccatores, qui videbantur esse contriti, & petere re-

missionem, ingemiscere, flere, & spondere meliora. Ne credideris eis, inquit Dominus propheta: *Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus à me. Ego noui eos vique eorum creator, ego optime noui vvas vineæ meæ. O Domine, quam amare sciet: O Domine, quam ex imo corde ingemiscunt, Domine, quam seriam promittunt vitæ cotreditione, Domine quam pie in genua procumbunt, vt cæcû vi rapere velle videantur: Hæc flocci facias omnia, ait Dominus: nihil etenim horum serio fit, nec mei gratia, nec me corde suo complectuntur nec pectore: quinimo cor eorum impudica possedit fornicatio: Non dabit cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum: spiritus enim fornicationum in medio eorum. Sed vnde constat hoc? qua ratione comprobabis? Modicum expecta, inquit Dominus, donec hinc egrediantur, parua temporis mora præteruolet, & ecce Respondet arrogancia Israel in facie eius.* III. Notate, velim, verbum Respondet. Sumitur enim Similitudo metaphora à febre tertiana Febris hæc virum arripit, exurit, deseruet, recedit, aduocat is medicum, ventrem purgatione euacuat, febris expellitur. Gaudet quam plurimum, iam sibi ex integro valere, congratulatur medico, noua renuntiat, cui medicus: ne te sanum atroges: mane etenim respondebit tibi, & alia forsitan astuabis ardentiori. Pessimus ille humor se recepit, venis absconditus: videbis in illis latere morbum, in eo quod ilico noua tibi respondebit. Hoc Dominus ait. An placet o Propheta cernere eos minime esse sanatos & intus malum latere absconditum? Modicum expecta, confestim enim alia similis respondebit febris: nam statim in idem relabentur, hic ad amice suæ domum, ille ad tabernam, Isoriam, ille ad ventris ingluuicem, aliter ad murmurationes. Ex his teas examina lacrymas: discute vtrum veræ fuerint vel fictæ & ementitæ.

§. 6. *Ridicule fuerunt horum lacrymæ in obitu Lazari, sunt etiam eorum penitentium, qui hos imitantur.*

EXsibilat Spiritus S. Egypiorum planctum 10 & lacrymas, calque stultas vocat & execratorias: *Aliam sibi assumpserunt cogitationem Sap. 15, 6. inscientia. Et merito: Adhuc inter manus habentes luctum & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientia: & quos rogantes præceperant, hos tanquam fugitios persequabantur.* Talis autem hic casus fuit: vt post alia duriora flagella Deus Egypios, quia filiis P P P P P Israel

Israel egressum negabant ex Ægypto, tremenda illa puniit elade primogenitorum, ut quisque coram se mortuum lugeret filium suum solo iacentem, in sanguine suo volutatum, miseram suam plorate corerunt sortis, & iisdem lacrymis quibus eorum deshebant necem, Israelitas impensius rogant, ut ilico nulla interposita mora terminis suis excederent, & pacifici quamocius proficiscerentur. Hoc si Philoni Hebræo hanc narranti historiam, credimus animò faciebatur ita sincero, ut singuli eorum Hebræos accederent, illis persuaderent, instantes rogarent, ut confestim nedum de ciuitate, sed de tota regione Ægypti discederent: *Pro se quisque hortabatur populum, ut præpropere tota regione discederet.* Nedum illos lacrymis urgebant & scibus ut excederent, sed etiã supra modum instabant, ut illud festinato fieret, nulla interposita mora nec puncto quiddam aliud differrent tempus aut occasionem. Hoc significat aduerbium illud: *Præpropere.* Censebant sibi vitæ periculum imminere, ac conseruationem suam atque essentiam inde dependere si citius à se tales talemq; nationem propellerent: quæ mortis filis suis intolerat, eorumq; domos extrema torquebat aduersitate: quod si vel horam vitam extenderet, bonum damna sua & calamitates lument incrementum. *Vel unum diem horamque differre, longum ratis,* inquit Philo. Eiciunt Israelitas Ægypto, & in tantam mentis labuntur amentiam, ut ilico maiori studio conentur eos insequi, ut pristinae subiciantur seruituti. Nondum sibi lacrymas ex morte filiorum abstergerant, quibus Israelitas supplices deprecari fuerant, ut abirent, quando conamine laborarunt toto ut eos præterito iugo subicerent: *Assumunt sibi cogitationem insipientia.* O stultos & stultis stultiores. Si vestro iudicio perniciose vobis exiit societas Iudæorum cum per illos filios vestros Iugenis occisos, tantisque vos oppressit dolor & planctus, atque ea de causa eos à vobis omni diligentia expulistis, tanti mali, damniq; auctores: quo modo tam cito eos in domus vestras terrarumque reuocatis? Hec vos vidi lacrymis obtutis accessum illis suadentes, quos hodie video regressum eorum intendentes: vnde hoc? O iudicij inopes illi, & non minus plures ex illis qui inter nos volunt haberi sapientes.

I.
Ridicula
est mul-
torum per-
nitentia.

I.
Ridicula
lacryma
Ægyptio-
rum.

Philo
Hebr.
Li. de vita
Moyfi.

qua tuncione tibi pectora percussis ex corde cō-
tristatus? Quis doloris sensus te affigit? Quam
anxiè curasti eum eliminare tanti damni aucto-
rem? Quæ proposita de cetero non peccandi, talis
amplius non aspiciendi. per eius plateas nō tran-
seundi; valeat in æternum quæ mihi fuit lapis
offensionis, & petra scandali: foras excedant fa-
cultates, quas furtō diripiui, & mihi cordis abster-
lere diuitias: insuper adhuc tibi lacrymas defluerit
ex oculis, quando magna sollicitudine eadē stu-
des reuocare, quæ pluribus mœstus lacrymis ex-
pulisti. Quam ardentem tuam refusus vitæ vani-
tatem? Quam anxie iurasti quod dimissisti? Vah
stultum te & amentem: hoc erat quod amare lu-
gebas, quod toto corde detestabaris:
Nihil fallax hoc spectat Dauid exponens quod
Deus illi dixerat, quinam essent illi, quibus sua
impetraret beneuolus gratiam, & peccata miseri-
coris indulgeret: *Audiam quid loquatur in me Psa. 84. 9.*
Domini Deus. Deus vult mihi loqui & ego dili-
genter auscultabo. Quid autem tibi dixit o Da-
uid: *Loquetur pacem in plebem suam, & super sa-* III.
uos suos. Et in eos qui conuertuntur ad cor. Quibus
legunt Cæter, Genebrard. Felix & alij: *Et in eos* promittat
qui non reuertuntur ad stultitiam. Hoc mihi lo-
quitur pacem electis suis promittit: sub non ine-
pacis omnia bona comprehenduntur: quia cui ali-
quid deest, perfecti hinc habere non potest quietem.
Et quinam sunt illi? Qui non reuertuntur ad
stultitiam. Hoc Deum maxime cruciabat in popu-
lo suo, quod stultus esset: hoc eum nomine Moy-
ses compellat: *Popule stulte & insipient.* In quo
consistebat eorum insipientia? quod quotidie ad
pristinam rediret amentiam. Tentabant, Deum,
Deo dissidebant, adorabant idola, regressum in
Ægyptum aedebantur & hinc per prædicationem
Moyfi, siue terribi Dei Bagellis, siue allec-
tionique Dei misericordia, siue prodigiorum ex-
cellentia conuerti meliora sapiebant, plorabant,
dabant operam penitentiae, ut quicumque illos
videret, sibi persuaderet, eos nunquam ad pristinas
relapsuros amentias: & vix illas deplorauerant,
& confessi fuerant, & ilico ad eandē labebantur
culparum insipientiam. Dei benignitati dissidebant,
& regressum in Ægyptum cogitabant, vtilia
cepe & illas carniū quibus renuntiauerant re-
petere. O vacua ceterba an ergo vobis ita bene
fuit in Ægypto? Tam parui consistit vos ex
ca vindicare: sicine obitu estis seruituti Pharaonis?
An ergo tam cito in eandem erga Deum re-
ciditis offensas? Hæc eorum erat damnanda stulti-
tia, ad suas velle iterato redire stultitias: hæc quoque
in vobis agenda, & in pluribus carpenda
peccato-

peccatoribus, qui confessim: *Conuertuntur ad stultitiam*. Ad eandem viam rationem, ad eundem cum priore statum execrandum. Non vobis pax feruatur Dei, sed electis vere poenitentibus, qui non conuertuntur ad stultitiam.

Ex 11. Ex praedictis iam capimus discernimen, quod interpretari D. Grego. Spiritus S. statuit inter viam c. 14. inflorum & impiorum, quos stultos insimulat: *Isai. 26. 7. Semita iusti recta est, rectus collis ad ambulandum.*

Ecl. 31. 5. Via peccatorum circularis est: *Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versantis cogitatus illius.*

Pf. 11. 9. - Dauid autem expresse hoc denotat: *In circuitu impij ambulanti.* Nec his dissentit Iob. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, vt expedit D. Grego. c. 12.

IV. Quod dicitur esse discrimen inter eum, qui recta graditur via, & cum qui circulem ingreditur: Discrimen quod ille quanto magis progreditur, tanto se inter inflorum & termino à quo processit, separetur, ilico tamen ad eundem ingreditur, sicut rota carri, & illud quod inuoluitur (ait D. Grego.) *Omne quod inuoluitur, in semetipsum replicatur.* Viam attende, & honorum poenitentiam, viam rectam: etenim de peccatis egrediuntur sic vt nunquam ab illa reuertantur, & quanto progrediuntur vterius, tanto ab illo elongantur amplius ea derelictantur, fugiunt, & reformidant. O quam recta semita

Matth. 16. 75. D. Petri: de loco peccati discedentis: *Egressus foras, hanc semper insecutus est, tantumque ab eo se elongans, vt penitus illud non videret amplius.*

Philip. 3. 14. Quam recta via Magdalene tot lacrymis, tali poenitentia, vt nedum ad peccatum non remearit, sed in tantum ab eo discesserit, vt non quierit, donec diuina sibi assistente gratia ad Seraphios usque penetrarit. Hæc illa poenitentia quam poenitentia præco Baptista exigebat, *Isaiæ verba pro themate assumens: Rectus facite in solitudine semitas Dei nostri.* Viam rectam, vt te protinus ab omni peccato semoueas, idque in tantum, vt canere liceat cum Psalmista: *Quantum distat ortus ab occidente, longo fecit à nobis iniquitates nostras.*

Hoc D. Paul. statuit, vt vera poenitentia indiciam: *Qua secundum Deum tristitia est poenitentiam in salutem stabilem operatur.* Lacrymas requiro non mobiles, sed stabiles & firmas, quæ statim caput non reflectant, aut quas ventus flatus esse stabili abstergat tenuissimus, sed similes, sicut Davidicis, *Thre. 2. 18.* & quales volebat Hieremias: *Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.* Dolor sit oportet stabilis & perpetuus, qualis erat D. Pauli. *Est Isai. 38. 15. Continuus dolor cordi meo.* Quali lugebat Rex Ezechias: *Pro. 18. 14. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ.* Timor requiritur & uemor constans & solidus de offensa Dei, quo timer ille, quem Spiritus sanctus beatum canonizat: *Beatus vir qui semper est pauidus.* Attamen fatuus peccator: *Assumit sibi inscientia genus, viam ingreditur circulem, suntque eius intima: Sicut rota carri, erigit se tota festinanter & luto per quod incedit, & vix in alium subit, cum eadem volubili celeritate ad ima reflectitur, & illam quam prius notabas luto fugere, statim aduerter in idem decurrentem, sicut illi rationis impotes: Quos rogantes perocerant, hos tanquam fugitivos persequuntur.*

Talis est multorum poenitentia: vix enim ab immundo concubitu strato surrexerunt, ilico ad idem reuertuntur: peruersum non abnegarunt contractum, & confessum illum recipiunt, canes ad vomitum. O quam egregie Deus illos inuenit apud Hieremiam: *Attenti & auscultauit, nullus est, qui agat poenitentiam super peccato suo.* Sedulo mentisque attenta considerauit, & qui synchero animo de peccatis suis doleat, neminem inuenio. Quid hoc ergo Domine mihi, an non facis multos pedibus cernis aduolucos Confessarij? Opplentur sedes Confessionales viris ac mulieribus; nullum effulget festum, quin cateruatum irruiant prestantque Confessarios: plures video pementes, & delicta plangentem, imo pedibus meis quotidie occurrunt, quomodo verum est, à te videri neminem? Dicta confitio, respondet Deus: *quia Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prolium.* Non diffiteor multos poenitentia tamen à suscipere, peccato valedicere, sed ilico amplectuntur. Conuersi sunt, & ardentiori illud animo resumunt, quam omiserant, quasi equus indomitus, quæ nec frænum cohibet, nec selloris vis continet, nec spectatum clamores à cursu remorantur. An ergo ea de causa illic egressus es? Ad hoc peccato renuisti? O peruelles, an idcirco Lazari mortem iuxistis, vt eandem ilico illi inferre cogitaris? est autem seruos & animus, quo tantum molimini facinus, multo vehementior, quam quo mortem eius deplanxistis.

VI. Quorundam inconstantia.

III. r. 8. c.

§. 7. Cogitauerunt interficere Lazarum quia multi propter illum abibant &c. *Lazarum cogitant illi interficere, sicut ille, qui male agit odit lucem.*

¶ 11. **Q**ua de causa mortem Lazaro machinatur? *Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. Non autem abibant, sed abibant, id est, ab illis ibant ad Iesum, & d. Quia plures Lazarum cernentes vinum, & in isto Christi potentia in Iudæos deserebant, Christo adhaerebant credentes in eum. Nemo melius quam Iob vt explicat D. Grego. perpendit, nihil magis preter lucem, & dei claritatem, offendere concubinarium: cum enim intentioni suae prae maxime conducatur ipsa noctis caligo, & sub eius velamine passim ingrediatur & egredia- tur, si forte suae vacans libidini fax eluceat, aut aurota mundo serena appareat, illam vt mortem execratur: etenim nouit à luce manifestari: Ocu- lus adulteri obsequat caliginem: dicens: Non me videbit oculus &c. Si cito apparuerit aurora, arbitra- tur umbram mortis.*

I. **S**imiliter do. *Quanto furore luxuriosus lucem persequeretur, si latens ad noctis tenebras ingressus aedes concubinae, fœdo cum ipsa prostratus cubili, faciem illi anteponebat ardentissi- mam? Sæpe Saluator noster Iudæos adulteros accusat: Generatio praua & adultera. Nihil ita fœdabantur, & sibi prociabant, quam tenebras noctisque caliginem, hoc est, vt hominum nullus Christi personam, quis esset, agnosceret. Dum illi furore rapiuntur in Christum ardentiori, profi- lit ecce fax clarissima, subito eluceat aurora ve- nustissima, manifestans quis esset ipse, & graui- simam eorum iniquitatem, quam committebant illum persequendo, molestias exhibendo, morti- que tandem adiudicando.*

II. **L**azarus fax erat ardentis- sima. *O quam illustris illa fax Lazarus, no- tamen extinguit sed diuini sui verbi flamine Christus illam accendit, in altum erexit, mun- dum illuminaturam. Quae aurora adeo utilis apparuit ex altero Hemispherio: quando nobilis ille ex altero prodit mundo, de sepulchro lucem emittens claram, & personae Christi virtutis declaraturam. Hanc intuentur auroram, oculos eorum lux offendit facis huius: Arbitrantur umbram mortis: sibi persuadent hanc eorum prodere praesumptiones, populum ab eis abigere, eorum deprimere auctoritatem, & pessimam cordis eorum aperire peruersitatem, idcirco velis remisque cō- tendunt lucem illam extinguere. Similis illi qui*

mala progreditur intentione, & ascendere niti- tur diuini domum eamque depradati, si lucer- nam videat accensam, illam pedibus protrudit do- q. d. ne quis, quid agam, intueatur. Proditores il- li, fures illi conati fuerunt ad mouere scalas, de- pradari, imo funditus euertere Dei domum, Christum intelligo Saluatorem: apparet lucerna Lazarus, qui luce sua totam hanc domum illu- minat eius effert & elucidat virtutem, euertere conantur illi lucernam lucemque extinguere.

III. **S**imiliter **I**oannes lu- cerna erat. *Quando Pater aeternus filium suum vni- genitum misit in mundum, quia veniebat Deus ab- conditus, praemisit lucernam quae quis esset reue- laret: haec erat Ioan. Baptista lucerna ardens & lu- cens: apparuit enim vt Lucifer matutinus, praeco solis & prodromus: Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes cre- derent per illum, & hoc officium ita perfecte com- pleuit, vt eum indice digito denotaret: Ecce Ag- nus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Hic est de quo dicebam vobis qui post me venit, ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Tanta perfecit hoc fidei sinceritate vt ob- larum sibi Messia primatum uedū legatos audire noluerit, sed tunc tantō constantior & fidelior ceperit ex animo lucis radios emittere, Christū mundo manifestando. Accurrit Herodes iuce- stuosus, & hanc extinxit candellam, Baptista, gla- dio caput amputauit: ergo Christus omnem a- mittere lucē, quae cognoscatur? Nequaquam. Claris- simas hie sibi parabit lucernas. Hec est quod ip- se perfidis illis ait: Erat Ioannes lucerna ardens & lucens. Optimè enim declarat, quam excellenter Ioannes suo sanctus sit officio: porro licet ille mortuus sit nec crederetur in tenebris operiē- dū: Ego testimonium habeo maius Ioan. opera qua ego facio testimonium perhibent de me: Magna pollebat Ioannis testimonii auctoritate, quo intelligere- tur, & crederetur quis esse ego, sed multo pra- clariori mea opera prodigiola. Magnā vim ha- bet, quod expertus dicit agricolae arbor hanc pom- mus est, ista pyrus sed maiorem habent illae ipse suis grauidae fructibus, & praeposita om- ni replica probant poma de arbore penden- tia: pomum esse, & cetera ceterum, & pyra py- rum.*

IV. **E**stincta est, inquit Saluator, lucerna D. Ioan- nes, sed mille alias accendo lucidiores, nempe opera mea mirabiliora, quae linguis loquuntur, cū enim muta sint, euident tamen est, & man- ifestū quod me meamque publicent virtutem & potē- tiam: quemadmodum imago pulcherrima picto- ris sui testatur artem & industriam. Inter alias miraco-

miraculorum lucernas, quibus seipsum Christus manifestabat, ceteris multo clarior radiabat Lazarus à mortuis ad lucem vitamque renocatus. Quod si David & quidem merito censuerit, cæcos Dei gloriam enarrare, & magnam eius potentiam ac diuinam declarare maiestatem, sic ut etiam cæcis eius ostendant excellentiam, eo modo quo causam indigentem effectus, quanto magis potuit Lazarus esse præco clarissimus, & euidentissimus gloriæ Christi manifestator? Cælum hoc extendit, & hanc Christus ut vitam accendit lucernam: *Ut clarificetur filius Dei per eam.* Hæc illum exposuit sic, ut non essent oculi, quamuis valde lippi & cæci, qui illum non viderent. Idcirco manum atollunt contra hanc lucernam, voluntque eam extinguere: quia tenebras omnes dilucetabat, & umbras fugabat, quas nequam eorum malitia contra Christum in populo dispergebat.

V. Mali bonos non vident. Idcirco manum atollunt contra hanc lucernam, voluntque eam extinguere: quia tenebras omnes dilucetabat, & umbras fugabat, quas nequam eorum malitia contra Christum in populo dispergebat.

17. Qua de causa Herodes fulgentem hanc extinxit lucernam, & D. Ioannem trucidauit? Adulter erat & incestu pollutus: lucerna verò luxuriam eius prodebat, & radios illos emittebat omni sole clariores: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Idem aduertit D. Chyffostom. de Nerone disputans quare D. Paulum vinculis constringerent, Totus obstupescit: orbis videns Paulum catenis alligatum: *Vincula ea manifesta facta sunt.* Quis ergo eum cæteri mancipauit, quis vinxit, quis conclusit? Respondet D. Chyffostom. *Nero sum in vincula comecerat: quippe quemadmodum prædo aliquis domum cuiusdam dormientibus ingressus, ut auferat omnia, si quæm viderit accendere candulam, illum mox inuicini, & lumen exstinguit, ut auferre & rapere alia absque metu possit: ita & Nero tunc latrocinium suum quendam in agens dormientibus criminibus profundoque somno granatum omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullumque malum genus intermittebat.* Proinde mox, ut beatum Paulum vidit in mundo accendere candulam, & esse sermonem doctrina, quo sua reprehendebatur iniquitas, quo omnia facere licenter possit, curauit ut exstingueretur prædicatione, & inuestiretur magister. Itaque vinculum sanctum illum coniecit in carcerem. Hoc Nerone monit, ut Paulum ergastulo concluderet, vitamque ei auferret, nempe quo lumen doctrinæ illius exstingueret, cuius virtute non toleranda Neroneis cunctis patebat iniquitas.

VI. Lucerna Lazarus erat, qui tantum se ostendendo, & horum se oculis obijciendo, lingua minime loquendo dicebat tamen illis: *Non licet vobis.* Attende quanta sit illa malitia, non minor

quam diabolica, velle vitæ auctorem interficere, qui verus est Deus omnipotens, de morte triumphator, de quo canitur illud: *Qui educti vinculos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.* Hanc D. Gregor. dicit esse rationem, quare reprobi detestentur iustos, & virtutis amatores: sunt enim ut lampades quibus eorum delicta manifestantur, quas idcirco toto conantur studio extinguere. Quis rationem dicat, cur Manasses impius ille lucidam illam extinxerit lampadem Prophetam Isaiam, quem iussit terra medium discerari: nisi quod sacrilegas illius argueret & proderet idololatrias? Quare dicit mihi, sacerdotem voluerunt in puteum demergeret, & demerferent lucernam illam splendidissimam vatem Hieremiam: nisi quod luce sua fulgidissima profanorum reuelaret hypocrisies? Quid visit Sarrapas Danielem neci tradere Luciferum illum clarissimum: nisi quod eorum falsas aperiret prodiciones?

Hanc veritatem confirmavit ille, quem Diu. Chyffost. solem appellat mundi, D. Paulus, scribens, Galatis, qui eum & persequi, & afficere contumelijs intendebant. Videamus, & facti huius rationem inquiramus, quando vos primum accepistis, sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Tanto me amotis affectu persecuti estis, ut mihi palpebras oculorum dare desideraretis: *Testimonium perhibeo vobis: quia si fieri posset, oculos vestros truissetis, & dedissetis mihi.* Hec tunc temporis fiebat: verum tamen nunc, nec vos læsi, nec grauati, nec aliquid commisi penitentiam: hoc tantum egi, Veritatem vobis annuntiaui, mentem vestram illuminavi, nec alia subesse potest tanta ratio indignationis: Ergo inimicus vobis factus sum verum dicem? Persecutemur, inquit D. Paulus rationem illius, & aliam non esse conitabit, & hæc eadem est, ob quam prædicator odio habeatur: quia nimirum clare loquitur suoque perfecte & laudabiliter fungitur officio, quo nempe lux dicitur mundi: & Confessarius, qui vulneri manum apponit, vultque illud indagare, perirari, & penetrare.

§. 8. Bellum inferi Deus peccatoribus per Prædicatores, velut per stellas: idcirco illis malum exoptant, sicut hi Lazaro.

EA igitur de causa mortem hi Lazaro merentur: quia per hoc quod se viuam ostendebat & omnium oculis suis actionibus spectabilem, lucerna erat clarissima, rebellium

P 67. 7.
Lib. 1. 6. tit.

Hom. 8. de laudibus Pauli

Gal. 4. tit.

14

P p p p p p y eorum

eorum profrens machinationes, omnemque quas texebant, cogitant & contra Christum moliebantur insidias, quibus auctoritati diuinæ virtutis eius quam possent maximè derogarent. Hoc omne peccatorum est studium & hic eorum cogitatus, ut candelas facisque extinguant, quas Deus accendit, quibus mansisset, & exponat peruersas scelerum eorum & iniquitatum machinationes. Hinc est quod Daniel ait de Antichristo quod omnes sit vires suas expositorus, ut fortitudinem cæli evertat, & stellas inde deiiciat: *Vires ad fortitudinem cæli, & de fortitudine & stellis.* Phialis est loquendi S. paginæ valde frequens, qua stellas dicit esse fortitudinem cæli & exercitus eius quia omnis eius virtus per quam regitur & conseruatur sustinet, & habet in mudo superioritatem, in illis consistit: vnde ubi nos legimus: *Ignis perfecti sunt cæli, & terra & omnis ornatus eorum:* habetur hoc verbum *Sabbaoth*, quod significat *Exercitus* d. Perf. cæli est cælum & exercitus illius. Sic legimus in Deuteronomio: *Solem & lunam, & armem militiam cæli:* & idem alijs locis.

Dan. 8. 10.

Deut. 17. 3.

I. Describit illas eleganter Spiritus sanctus a Prædicatores stellas postquam solis exposuit pulchritudinem, & luntæ venustatem, infert de stellis: *Vires castrorum parantur, in excessu, in firmamento cæli resplendens gloriæ.* *Ecc. 43. 10.* Species caligloria stellarum, illuminans mundum in excessu Dominus, in verbis sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigilijs suis. Verbum illud *Vires castrorum* denotat instrumenta bellica, fortes exercitus. Tales sunt in cælo stelle: suis etenim splendentes, & aspectibus militant, conquirunt & disponunt terram: cælum formosum efficiunt, & per ipsas orbem Deus illuminat: velut milites ad notum stant paratissimi, ut diuinis obediant ordinationibus: hoc est: *In verbis sancti stabunt ad iudicium.* Nam in Græco habetur: *Continuo statim.* Nullos inuenias milites in ad nutum paratos sui Ducis Imperio, quam ille promptè diuinè obtemperant iussioni: nonquam dormiunt, impediuntur nunquam quo minus ad diuina conuolent statim imperia.

II. Per hoc exposere veluit Spiritus S. quam ad Deo sunt ad nutum paratissimi. *Iudic. 5. 20.* Stelle manentes in ordine & cæsi suo aduersus Sisaram pugnauerunt: Insurrexerunt in Sisaram eiusque copias stelle velut milites suo ordine digesti, nec in minimo ab iniuncto sibi munere à

Cætione deficientes. Simili quoque phasi dixit Baruch: *Stella lumen dederunt in custodijs suis & Baruch. 3. Lata sunt vocata sunt, & dixerunt: adsumus, & 34. 3. Inxerunt ei cum incurritate, quis fecit illas.* Quam eleganter describit stellas, verumtamen ibidem nos monet Spiritus sanctus quod maiora nobis velit indicare sub illis latentia. *Multa abscondita Ecc. 43. 36. sunt hu maiora.* Sub illarum symbolo prædicatores accipit, & sanctos Doctores, quibus dixit D. Phil. 2. 15. Paulus: *Lucis sicut luminaria in mundo:* Nam propriè depingit illos nomen illis imponens militum, & legionum quibus Deus præliatur. Videamus quibus armatus militibus mundum sibi His Deus conquisit. Quibus exercitibus bellum iudicium præliatur diabolo, mundo, carnibus? Numquid ipsis Prædicatores? Attende, dum ascenderit in cælum, mundi totius intendens subugationem, quales ad hoc elegerit illos scilicet, quibus imperant: *Eua. Marc. 16. tot in mundum uniuersum prædicatum, omni creatura.* Illos, inquam, quibus iniungit: *Ite, Matt. 10. ecce ego mitto vos:* etenim vires, quibus exercitus illi bellabit, vires non sunt corporales, non aeneis tormentis, non bombardis, sed animæ fortitudine præliabuntur: vires sunt illæ, quibus subditur intellectus subtingatur volūtas, & corda cogitauerunt. Ad hoc optimi exercitus & fortissimi sūt exercitus & copiar lucis stellarum, quæ collustrat, calefacit, lucemque spargit limpidissimam: *Siderum limpida de flammis, limpida stellarum lumen.* Et calorem infundit viuificum quo in visceribus terræ producit aurum argentum, ceterique fructus, hæc est prædicatorum ea vis, lux pura & viuificans Euangelij, quæ collustrat intellectus, inflammata voluntates, corda emundantur, & anima subijciuntur. Mirabiles sunt illi milites, qui cælum Ecclesiæ reddunt formosum, mundum illuminant, & procedunt iuxta ordinem à Deo sibi præstitutum, promptique adstant, eius præceptum executuri: *In verbo sancti stabunt ad iudicium.* Adstant in pedes erecti, firmi, constantes & securi, verbis sancti hoc est promissis sulti diuini subsidij, & securi, verbis sancti hoc est, promissis sulti diuini subsidij, & comitantur, quodque profectis ad prædicationis exercitum illis Deus suum ministrat: a iutorum: *Prædicauerunt ubique Domino cooperante.*

Quis Apostolos tuos reddidit in prædicando? Quis eorum exercitum fiduciam? Dei verbum: *Eccce ego mitto vos.* Deinde verbis illis constantes erunt & fortes ut suos vincant inimicos: eo etenim sensu hæc verba possunt accipi: *In verbis sancti stabunt ad iudicium.* Eorum vires, quibus opera sua perficiant, esse debent verba Dei: hæc etenim sunt

Inte illis predicanda, hæc declaranda, his in-
tendum, hic baculis illos fulcitur, cui pro-
pheta innitebantur: *Hæc dicit Dominus*. His car-
nis suæ culturam prosternebat; Autem carnis
spiritus detestande, quid tibi minetur Deus:
quod tibi stertum præparauerit ignium quo
corpus illud ita opipare à te excepsum exura-
tur. Animo perpenle pecuniarum audissime,
quid tibi loquatur Deus: quod tibi viscera mis-
ericordie suæ concluder, cum tua pauperi con-
cludas in misericordis. Confidera tæcnerator, hoc tibi
Deum aertan: tuum à diabolo exlegendum
esse sanguinem, cum tu sanguinem fugas ege-
nomus. Hoc opus illarum est stellarum, per hoc
fortissimo impugnant prælio diabolium mundū
& carnem, suis adiungen'o prædicationibus vi-
gilias, ieiunia & orationes: vt alijs proficiendo
seipos minime perdant: similes illi stellæ ma-
tine D. Paulo, ita scribent: *Cogito corpus meum*
& in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædica-
uerim ipse reprobus efficiar.

1. Cor. 9.
27.

IV.
Diaboli
delegunt
in istas.
1. Cor. 6. 3.

Et non deficient in vigilijs. Non dicit: *Deficient*
in vigilijs, sed in *vigilijs*: esse namque debent cō-
tinua vigilia & multæ, continua & multa ieiun-
na: sicut idem ipse de se testatur: *In vigilijs mal-*
tiis in ieiunij. Illis Christus militibus præliatur,
suoque obtinet triumphos victor illustissimos.
Sicut aut: Christus venturus. Christo adue-
rsum omnes suas impendit vires, totumque robur
cont a militiam Christi, stellas istas cæli impu-
dissimas *Militia cæli*: etenim hæc dolos illius &
insidias & machinationes deegunt: illas deiece-
re conabitur, certo sciens in his cæli consistere
fortitudinem; in illas omnem suam exeret po-
tentiam qua illas de cælo præcipites agat virtu-
tis omnis & sanctitatis. Hi tales anni Christi ho-
die conveniunt, omneque vires suas dirigunt in
Lazarum, hæc stellam à Christo reaccensam:
nec non omnes Domini huius in mici, demo-
nes & mundani vires suas integras explodent
contra stellas illas, sanctissimos. Prædicatores:
quia tenebras eorum illuminant, & aperijunt insi-
dias, quos merito comparaueris Regi Syriæ qui
totius sui robur exercitus, curru saltatos & e-
quites dixerit contra El seum: ipse etenim Regi
Israel insidias illius dolos & retia detegit: at quo
stebat vt obrepta non gauderet intentione. Porro
tunc ratio subest, quod nullam videamus stellas
illis moueri persecutionem? Quomodo totus
non conspirat mundus in faces illas ardentes,
prædicatores illuminantes?

4. Reg. 6.

Fazit Deus hæc non sit illa ratio, quam indi-
cat Joel Propheta: vidit enim quod lucem suam

retraxissent, nec auderent radios suos manifesta-
te splendidiore: *Stella retraxerunt splendorem* Joel. 2. 10.
sanum: non enim lucem diffundunt splendorem,
sed obfuscatam. Lux vespertilionem tantum of-
fendit, quando solis iustar clarè tuitat, non au-
tem dum obfuscat, quinimo prodit quando quod lu-
dies quasi inter duas lucis appareret vespere & men suū
hoc illi tempus propriè conuenit; furem & ho-
miciam non turbat lux permixta, velut lux cre-
pusculi, quæ sufficit vt phantasma vini alicujus hant.
in communi conspiciatur, porro non detegit si-
tum singulorum in particulari: quinimo hæc ex
vna parte illi prodest, vt videat cui manum inji-
ciat, & ex altera cooperit illum ne cognoscat
quis sit in particulari. Peccatores non molestat
lux media & tenebris permixta, quæ tertiū phan-
tasma manifestat in communi: non illi radio-
sus est prædicator qui inuehit in vsurarios, cō-
cubinatores, vindicatos, qui spectra detegit im-
pudicæ, cupiditatis, & ambitionis in commu-
ni illa detestatos, calumniatos, qui vociferatur
cane tibi fœnerator, etenim te laqueo diabolus
habet iuratum, quo te deiciat; vā tibi carnis
tæc fœnerator: diabolus enim uam possedu ani-
mam tibi consule vindictæ flagrantissimè non e-
nim tui Deus miserabit, qui proximo tuo non
misereris.

Hæc omnia potius illos recitent, quia Chri-
stiani sunt, & expedire iudicant, vt vitia repre-
hendant: ut hoc autem illis molestum est, si præ-
dicator & confessorium singulorum facies dis-
cooperat, si tibi dicat cum Baptista: *Non licet tibi*.
Hic contractus est vsurarius, ego te non absol-
nam, nisi illum reuocaueris & rescideris, & ab-
lata restitueris: hic concubinator amice, non po-
test vitæ tolerari: nam civitatem totam scan-
dalizans, si quis omnibus lapsus esset: nisi tibi
beneficium absolutionis impetierit, nisi prius
renunciaveris occasionebus. Hoc quis agit? *Stella*
retraxerunt splendorem suum. Sufficit nobis lucem
diffundere sine splendore tenebrosam & permix-
tam vade nobis nullas fulcitant molestias: si lux
essemus rutilans, ilico nos, vt illi Laxa um, im-
pugnarent.

59. Cogit

§. 9. Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent. Qui per Prædicatores non conuertitur, per mortuos redimtus non conuertitur.

Mirabile cogitatu est, quod Christus Lazarum in sui nominis gloriam resuscitauit, hoc est, vt testis esset irrefragibilis & euidentis virtutis illius diuinae quandoquidem videntes eum illi resuscitatum, qui necdum sua personam redimtus sed verbis quæ loquebatur de Christo testimonium perhibebat: parum erat quod fidem ei minimè adhiberent, insuper & eum occidere decernerent: *Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent*. Optime notauit D. Basil. quod sicut auctor est S. Scripturæ Spiritus S. quod in vno loco sic dicit, vt ansam præbeat dubitandi, in alio clariùs manifestat. Fateor, multo me tempore rapuerunt in admirationem verba diuini Epulonis quibus magnum illum Patriarcham Abraham deprecabatur: refert Saluator noster multa inter vtrumque colloquia, quæ tunc temporis explicauimus. Supplex petijt vt Lazarum mitteret, qui extremo digito intincto in aquam linguam illi refrigeraret ultra modum in igne cruciatam. Abnegat hoc illi Patriarcha, nec ratio fieri suadebat. Repliat, saltem hoc mihi concede, illum ad mundum remitte, fratribus meis prædicatorem, quos quinque cognosco, & horum quæ hic aguntur sit apud illos testis ocularis: *Testetur illi, vt & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*

*Nominatum autem, (inquit D. Ch. ysof.) postulat mitti Lazarum, vt pote à fratribus suis optime cognitum, quos & ipse cognoscebat, ac per hoc aptissimus poterat esse testis tormentorum quibus ipse cruciabatur. Respondet illi Abraham. Nulla suadet hoc ratio: habent etenim apud se testes horum omnium & prædicatores sufficientes: *Habent Moysen & Prophetas audiant illos.* O Pater Abraham, inclamat: auarus epulo; quantum interest discriminis ab ijs prædicari illis, qui viuunt cum illis, & ab illo qui regressus ab inferis illis concionaretur. Non Pater Abraham, *Sed si quis ex mortuis surrexerit, credent.* Hæc fili mihi, ridicula sunt, inquit Abraham: etenim notum sit tibi, quod si ad meliorem vitam frugem per prædicatores, quos idem audiunt, non conuertantur: sed nec conuertentur aut saniora sapient, licet ad eorum oculos mortuus resurgat eisque concionetur.*

Hanc dico mihi difficilem esse sententiam, cu-

ius nodum acutè ponderat Cardin. noster Caietanus. & vt arbitratu non inconcinne loquebatur q. 4. dicit ille: qua ratione fieri posse quis credat, vt nullum in te haberet effectum, si hic in hac Ecclesia, vbi verbum Dei disseminat, mortuus resuscitaretur vel de monumentis his prodiret aliquis vobis optime cognitus inferni flammis circumcinctus, ingemiscens suspirans, euilans, vobis acclamans: Amice: me damnatum & æternis additum intueri supplicij, te quoque similis manet lectus in æternum. Nemo vel semel dubitat, quin tibi sanguis congelaretur, capilli capitis erigerentur, sensus perturbarentur, & totus hæretes attonitus, & manifestum est, quod plus ille solus efficeret, quam ego & quotquot mecum concionantur. Quis dubitat, quod si huc intraret matrona quadam quam viuentem agnouisti, & mortuam vidisti, cuius corpus tartareis esset obuolutum set pentibus, flammis euomens ardentissimas, cuius comæ capitis viperæ forent igneæ, multo verius quam Medusæ, quæ non aerem, sed plumbum & æs liquefactum exspiraret, locum hunc ascenderet gemitibus exclamans terribilibus, Deum & seipsum diris deuotens iniquissimis. Heu vos infelicissimas, quæ non nisi vestrae studeris vapitati venustatis: quæ veltis inhiatis appetitibus impudicitie attendite & videte, quod vos in crastinum tale maneat, quale nunc damnata patior, patriæque in æternum tormentum, quis vertit hoc in questionem, quin hæc te fortius commoueret, quam omnium horrenda prædicatorum terribilissima?

Domestice notam arbitror historiam conscriptam à D. Anton. & pluribus alijs de effectu illo, quem operati sunt tertio repeti clamores illi plurim. Doctoris Parisiensis, qui mortuus hinc cum san. 17. Theol. 8. vlt. circa finem. citatis opinione discesserat: cum enim cadauer publice in Ecclesia sepeliendum adlaret, & decantatis à Clero defunctorum Vigilij pro anima illius felici requie ventum esset ad illa verba Lectionis: *Responde mihi*: Ecce subito de pheretetro mortuus assurgit, & voce inclamat altiori: *Iusto Dei iudicio accusatum sum*. Horror inuasit omnes inexplicabilis: differtur in crastinum honor sepultura, atque eadem hora iterum assurgit, & secundo vociferatur: *Iusto Dei iudicio iudicatus sum*. Hac voce grauior omnes oppressit stupor, rei præstolantur euentum, & in tertium differtuntur diem funeralia: & ecce eodem quo prius momento de pheretetro resurgit, & voce adeo tristi ac lamentabili, vt explicari nequeat, inclamat: *Iusto Dei iudicio condemnatus sum*: pariter illico seipsum maledictionibus impetens, parentes

tes suos vitæ natalem, vitam, ipsūque Deum comitibus lacerans infernalibus. Quas non hæc verba commotiones excitant, quas cietunt turbationes, quantam in spectatoribus operata sunt vitæ correctionem. Illis turbatus D. Bruno Cenobiarca ad solitudinem se recepit, & illam instituit religionem quam totus stupet, & tenetur orbis in extrema omnium fundatam penitentia, solitudine vitæque religiosa ut fuerit, & nunc est non vulgare toti mundo prodigium.

17. Quia igitur ratione dicere potest Abraham, nihil referre, si quis à mortuis prædicator surrexerit: & quicumque viventem non audierit prædicantem, nec mortuo gratas sit aures præbiturus: Hoc quod tibi difficile videbatur, en tibi planum est & expositū, inquit Caietanus. Quid postulas anare dimeret resurgat Lazarus prædicaturus: si namque resuscitatus prædicet, verba que habeat, omnes indubie quotquot eum viderunt, vel audierunt, saniora capient, salutis suæ consilia. Quid respondet Abraham? Non maior est res et effectus ex concione sua Lazarus resuscitatus, quam prædicatoris viventis siut relatori. En tibi Lazarum alterum resuscitū à mortuorū sepulchris emergentem, & Indaris verba facientē, eum se vivū eis ostendentem, tum verbis concionantem, & nedum fructum non referit ex illis, nec se contentum ut credant in Christum, quin potius perniciores efficiuntur, & exemplo miraculo commoti perfidiores, parum est quod Christi necem machinentur, qui illum ad auras renovant, sed ipsum etiam prædicatorem occidere tentant. Amice nec speres, nec postules tibi mortuum dari prædicatorem, testem omnium irrefragabilem: etenim si ab meliora non reuertaris ex ijs que tibi vivus proponit, sua seque prædicator, nullum in te operabitur effectum, quidquid tibi mortuis suggesserit.

IV. Si vivū prædicatores fructum non faciunt, nec mortui faciō.

V. Saulis exemplo. Saul quanto flagrat desiderio, ut à mortuis asurgat Samuel, ipsum instruat, doceat, moneat, & quæ sibi sint agenda prædicet. Optatis potitur, verè namque ex altera vita prodit Samuel, & figura adeo horribili apparet Sauli, ut totus obstupesceret. Samuel igitur resuscitatus illi prædicat, miserumque suum illi proponit vitæ statum, nec non iram Dei imminuentem, à divina illum manu derelictum, mortique quam proximum. Quem credis ex his effectum oriri? An per hæc melior efficiat & convertitur? An conceptam animo contra David iram remisit? An sua defecit peccata? An se lamentis luctuque transdidit? Nequaquam; sed quasi Samuel illi non prædicasset, non locutus fuisset ipsdē progredi-

Hieron. Bap. de Lanua Tom. III.

tur obstinatus itineribus, quibus ante malus ambulaverat. Quod illi maius emolumentum attulit mortui Samuelem quam vivū prædicator? Mi frater, audi prædicatores, intellige scripturas: hoc enim est omni certo certius, & securo securus. Ad illas nos sapienter remisit vates Evangelicus in verbis illis, quæ tunc expendimus: Numquid non populus meus à Deo requirit, pro vivis à mortuis? Vah detestandam populi stultitiam, qui desiderat, ut quis ex altero prodeat mundo prædicator & Doctor, & in visionibus defuncti appereant terror est hic intolerabilis. An ergo doctrina vivorum à mortuis est vobis expectanda? Cognitum hoc esset ut diabolo ansa loci que daretur mille decipulis, fideique visionibus, quicumque vellet ilico persuadendi. Nequaquam hoc suadet Propheta: Ad legem magis, & ad testimonium. Hæc etenim lex vestratū sit oportet actionum regula, lex divina, Dei testimonia, & quæcūque nobis per hæc agenda præscribuntur. Prædicatores accede, qui Dei legem exponunt, & attende quem in te fructum oportentur: si nullum illi referant, nec ipsi mortui, licet rediivi vobisque concionantes, sunt relatori.

Quis verū in dubium, quin plures defuncti eorum, quos Martyres ad vitam renovant prædicant Evangelium: abundant in exemplis historiarum. Reperies quid D. Agnes contigerit, quæ filium Romæ Gubernatoris à morte suscitavit, & resuscitatus clamare cepit altius & prædicare, nullum esse Deum alium, præter eum quæ Agnes virgo prædicabat. Quid alium? eo furiosus in virginem commovetur sanctissimam, quæ ignibus tradunt comburendam. Et sapius, quo plures de monumentis ad martyrum instantiam & suffragia mortui resurgunt, eo tyranni furor in Martyres exacerbat, ardentiore. SS. Episcopus Stanislaus ad vitā fecit asurgere Petrum iam triennio defunctū, illumque ad Regis adduxit tribunal veritatis testem irrefragabilem, qui per veris Regis Boleslai conatibus veridicus obfisteret, verū tamen acris per hoc ignis accensus est imcuratis. Quam negari non possit, quin alijs talium mirabilium miraculorum omnia favente gratia ac fidei acceptione dispoherit, & Theologiam vobis adstruo conclusionem, quæ assignat Caiet. divinam necessario requiri gratiā, ut te redeat ad meliora prædicator. Hanc si tibi procuraveris, hanc si habueris, vivus sufficit tibi prædicator: hæc si tibi defuerit, nullā tibi mille millia prædicatorum mortuorum utilitatem adierit, licet sepulchro resuscitatus, sicut nec Tyrannus, nec his profuit Lazarus à monumento rediivus.

Q. 9999. §. 10. Ad

Isa. 8. 19.

VI. Lex divina interroganda.

§. 10. Ad ultimum perditionis hi perueniunt. cæci facti & perditii, sicut Ariel apud Isaiam,

13
D. AVG.
Tract. 50.
in Ioan.
Tom. 9.

Isa. 6. 16.

Es. 10. de
Aer. 10.

I.
Allegoria
de nube
taberna-
culi.

Ex. 40. 32

Ioan. 17. 4.

Isa. 12. 3.

Exclamat hic D. August. *O stulta cogitatio: O cæca sententia! Dominus Iesus qui suscitare potuit mortuum non potest occisum? Stulto stultiores quid refert, quod illum occideritis? Christus qui Lazarum mortis manibus occisum eripuit ad vitam, non potest vestris intemptu viuificare? Quando Lazaro inferebatis necem, numquid ausurabatis Domino potestatem? Verissime demonstrat D. Ioannes, in hoc perditissimo populo completum quod dixerat Dominus, à se fore cœcitate percipiendum: *Exœca cor populi huius.* Hoc in Lazaro miraculum eis oculis exœcavit: quia sicut eos propria contra Redemptorem nostrum exœcavit malitia, tanto hæc per hoc prodigium creuit amplius, quanto gloria Christi maius sumebat incrementum. Dilucide perpendit D. Cyril. Alexandr. illam historiam quam dicunt Spiritus S. Postquam omnia perfecta sunt, quæ spectabant ad constructionem & ornatum tabernaculi iuxta Domini præceptum operuit illud nubes gloriosa resplendens & clara in qua Dei gloria se conspiciendam exhibebat, sed illapsa, supremo suo splendore Moysen obfuscabat, sic ut illam intueri minime posset: *Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini implevit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectum factum, nube operiente omnia, & maiestatem Domini conspiciant: quia cœca nubes operuerat.* Notum est omnibus, inquit S. Doctor, tabernaculum illud fuisse figuram Christi Redemptoris nostri, sicut Moyses erat, & vices superlebat, populi Iudaici. Perfectum est, inquit, opus tabernaculi mysteriorum Christi & prædicationis eius, quod verbis illis declaravit, quæ protulit iam passioni mortique proximus: *Opus consummavi, quod dedisti mihi.* Et tunc cecidit de nube gloria Dei mysterium resurrectionis Lazari, quod ipse testatur futurum ad sui nominis incrementum: *Ut gloriificetur Filius Dei.* O quanta lux! quantum ex nube ista splendor effulget! Porro hæc ipsa est, quæ Moysi tenebras offudit, populo nempe Iudaico, eumque tanta cœcitate percudit, ut idcirco cogant concilium petendi Christum, & vitam nedum ipsi, qui Lazarum resuscitavit, adimendi, sed & ipsi Lazaro resuscitato. An huic alia potest comparari cœcitas, & nox obscurior? Iam D. Ioannes testatur eam ad ultimam metam peruenisse: *Cum tanta signa fecisset coram eis,**

*non credebant, ut sermo Isaie Propheta impletur, quem dixit: Exœcavit oculos eorum, & induxit cor eorum. Iam non datur ultra: quando cor tenebris ita percussit, ut ipsa lux, qua debuerat illuminari ipsum exœcat, & quod dux esse debuerat intus, à via abducit extrinsecum: cœcitate admiratio inquit D. Ioan. agant illi quod agunt, facta est alea, nihil ab eis aliud expectandum: *A cœcitate cordis libera nos Domine.* temp. Perpendit D. August. plagas, quibus Dominus Pharaonem puniuit in scelere suo peruicacem, Pharaonem quarum vltima scribitur tenebrarum palpabiliu, tenebris quas S. Scriptura dicit horribiles: *Fæta sunt tenebra horribiles in vniuersa terra Egypti.* Notat autem tantum fuisse solis splendorem ut luce purissima & clarissima tenebris oris illuminaretur, qua lustrati ceteri, nominatim autem Israélite sua negotia liberè peragebant: soli autem Egyptij tanta tenebrarum palpabilium caligine involuebantur, ut illis se nequirent expedire: *Omnia terrarum orbis limpidò illuminabatur lumine, & non impediret operibus conturbatur solis autem illis superposita erat gravis nox: Prodigium est, lucem clarissimam qua totus mundus gaudebat illuminatus, miseros illos cœcitate percussisse palpabili ut quocumque pergerent, nunc hæc, nunc illi graviter in obuia quaque offenderent, unde loco suo hærebant ut statim immobiles. Hoc nullam Pharaoni consilij utilitatem, quinimo teste S. Scriptura in obstinatione pernicior: ita in Moysen excaudit, ut ipsum à se furens repulset, minatus: *Recede à me, & caue ne ultra videas faciem meam, quocumque deo apparuerit tibi, morieris.* Quid tam cœcam sequi debet obstinationem, quid agendum? Iam nihil superest, quam ut manus Deus adiciat gladio, cunctos interficiat Egypti primo genitos, & ipsum Pharaonem totumque eius maius fluctibus consumat exercitum.**

III.
Cœcitas
mentis
fugenda.

O Christiane cave, time, siste gradum, te Deus illuminet: quid tibi post talem sperandum est cœcitatem, quali tu cæcus oberas? Cœcitas est cordis: nec enim tibi proficit consilio, non insperatio non tormina conscientie, non terribilimenta, non lenimenta, non mortis timor, non gehennæ formido cruciatuum. Quem fructum in te produxit frequens adeo concio? quid te mouit adeo vix reprensio? qualiter factus honestior? concubinatui renunciali? Pernicax: quis profectus ex tantis ortus clamoribus? Attende, te ipsum perdis, ad infernum properas, opes tuæ dilapidantur, vana consumuntur, & in tua perstas induratus obstinatione: caue tibi, ne te cordis oppri-

opprimat infausta cecitas: en tibi miseros hos, quanta illis supercecidit caligo tenebrarum? Quis credat, vt homines, non dico eruditi, prudentes, sacerdotes sed inopes iudicij, tantas committerent ineptias, quales heri vidimus: vt insipientes opera Christi Domini, & iudicantes ea esse omnino diuina, concludant communi suffragio, expedire, vt ea de causa moriantur? Et videntes Lazarum de monumento rediituum, decernant vt moriantur, idque tot concilijs, tot constitutum congregationibus? Heu quanta cecitas! in hanc prolapsi sunt? Nam hoc vnicum agendum est, vt deleantur vt deleantur vt condemnentur. Hæc est omnium suprema nequitiæ, ea vique petingere, vt in Christi & Lazari necem Deicidæ conspirent, tali malitia tenebrarum, vt in ipsum Deum insurgant perduelles: deleantur de numero viuentium, eorum Respublica dispergatur: vt heri declarauimus.

IV. figura de Ariel explicatur

1. Cor. 1. 29.

1. Sai. 29. 1.

Hier. 7. in Gen.

Ezech. 43. 15.

Admiror caput 29. vatis Isaie in quo stylo nitidiori hanc cordis istorum depingit cecitatem, in quam Deo permittente prolaberentur in dignum tantorum scelerum supplicium: que tanta futura erat, vt illos quasi lethargicos, attonitos, ebriosque & sine oculis efficeret: vel similes illis qui velatos habent oculos, nullo sapientiæ sapientiæ genere expoliti, illor inquam tamen qui mundi totius habebantur lumina, quo loco vsus est Apostolus Paulus, vt horum probaret cordis cecitatem. Statim in exordio capituli describit Deus Per Prophetam infandam à populo committendam iniquitatem, & poenam, qua Deus illos esset extirpaturus: *Va Ariel, Ariel iniquitas, quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solemnitates euoluunt sunt, & circumuallatio Ariel, & erit tristis, & marens, & erit tibi quasi Ariel.* Ingeant omnes in inferam Ariel fortiter: *Va tibi Ariel.* Quotiescumque Deus Per comminatur, ex sententia D. Chrysostomi, serio res agitur, ostenditque sanam fore non tolerandam. Quis est Ariel? Ariel significat leo Dei, & aliqui accipiunt altare in templo erectum. Sic specificatiue nominat illud Ezechiel, ob multitudinem animalium, quæ ibidem quotidie ingulabantur, & incendebantur, & altaris igne contumebantur quædam mane, quædam vesperi: non aliud agebat quam greges deuorare & ardeire vt leo, licet ad Dei famulatum cultumque celebrandum: & idcirco dicebatur leo Dei, quem sensum sequitur Thargum: legit enim: *Va altari, quod edificatum est in ciuitate Dauid.* Verum tamen videtur textus ipse declarare Hierusalem hic intelligi: vnde sic addit, *Ariel ciuitas, quam expugnauit*

Dauid, Ciuitatem illam inscribit Leonem Dei: quia ex fauore, quo Deus dignatus erat eam sibi in habitaculum eligere, ceteris erat omnibus fortior & illustrior, quam omnes terræ Principes, vt Leonem an malia, verebantur. Erat illa Regia ciuitas: *Domina Gentium, Princeps Præuinciarum* à Hieremia vocatur. Vt quid ergo Domine illam deploras amari? qui post suam diem, elapsis vno & altero anno, vno altero uel festo deleturus sum eam, copias missurus Romanorum, à quibus stricte obsideatur: quique populi partem gladio trucident, partem eiciant in captiuitatem, urbem autem incendio consumant, nec in ea relinquant lapidem super lapidem: *Circumuallabo Ariel.* Corona cingam illam militati, non enim Titus & Vespasianus illam vallo circumdederunt sed Deus ipse, qui superbo illorum vsu fastu, & animo generoso ciuitatem illam solo tenuis euectit, & incendit. Quid autem populus? *Erit tristis & marens*, per mædum oberans vagus altere fratricida Cain incerti laris, de omnibus sibi canens, satrago miseriarum.

Qua de causa Domine? *Et erit tibi quasi Ariel.*

Illæ conjunctio, *Et*, vim habet causalis, iuxta phrasim S. Scripturæ & significat *Quia*. Omnia hæc illi mala euenient, quia sicut leo contra me insurrexit. Enutritus quis leuenculum, aluit eum, custodit, & lauis exceptit, & die quadam dum nihil minus suspicatur, ac demulcet illum, ecce inquam illi leo iniecit, ungulis suis eum impetit, & interficit, ita Deo contigit. Creauit Deus populum hunc, hanc extruxit ciuitatem, præmuniuit, illustrem reddidit, & dum adesset illi Deus presentia sua honorans illam, doctrina sua erudiens, mira culis suis exhilarans, ecce pertinax in illam insurgit. Notandum dicitur: *insurgit in me sicut Leo Dei. Erat tibi quasi Ariel.* Principes & iudices in Republica sunt velut Dei leones, eius decreto constituti, & potestate, vt eam defendant & immunem conseruent bonos protegendo, malos autem puniendo, sicut Leones in throno Salomonis sabrefacti. Quot leones Deus in hac Republica constituit, honoris sui, culus, sacrificiorum, ceremoniarum, legisque protectores: qua de causa concilium illud Principum vocari poterat, leo Dei. Porro tanta caligine suffundetur, inquit Deus, vt licet se militi rebellis opponat, erit tamen vt leo Dei. Non ait, erit leo Dei, sed *Quasi*: Zelum etenim mentientur & communis boni desiderium ostendent, conseruandæ reipublicæ, sanctique templi, ac loci diuini eiusque honoris optimam intentionem. Hoc heri demonstrant: etenim huius prætextu concilium perdendi

104. HOMILIA QUADRAGESIMA: DE COGITATIONIBVS IVDÆORVM.

perdendi Deum conuocant, ac decernunt ut moriatur, quia sic ipsi ob prædicta iudicabant expedire, huic autem opinioni ita tenaciter adherent: ut quia huic obiectionem ponere poterat Lazarus resuscitatus, visus ab omnibus, & auditus, communi suffragio Lazari necem machinentur ex quo omnis in eos irruat calamitas, ut per orbem vagi discurrant, tristes, confusi, timidi, eunctisque

opprobrio, quales hodie ipsos videmus oberrantes, sed nos gratia Deus illuminet, oculosque concedat illuminatos, quibus eius prodigia cognoscamus, beneficia perpendamus, donis gratissimus, corde seruamus limpidi, hic per eius gratiam, qua tandem illo in gloria perfruamur.
Amen.

FINIS TOMI TERTII.

